Sed nihil a nostro sumpsit mea vita theatro
Et sola tantum scenicus arte feror.
Nec poteram gratus domino sine moribus esse:
Interius mentes inspicit ille deus.
Vos me laurigeri parasitum dicite Phoebi,
Roma sui famulum dum sciat esse Iovis.

---

7. usquam

---

7. unqnam *XAGcφ*: usquam *reliqui cum P.* philosophorum *XCG et pr.h* 9. theatro *cμκα*: theatris *cum reliquis* . 10. aliquis inter Ista si draucus *Iunius*: aliquis inter istas draucus *O*: aliqnis inter ista draucus et *μκ*: aliquis inter ista si draucus et *α*: aliqnis inter ista si draucis *φ*: aliqnis (aliqui *X*) ista si draucis *XAt*: aliqui iste si draucis *G*: aliquis ista si draucis et *p*: aliquis inter ista sit racus *z*: aliquis instas idraucis *s*, *sed margo* intersit raucus: aliquis instar „*vel* intersit" idraucis *m*: aliquis instans ydran cis, *corr.* draucus, *h*: aliquis instans in draucis *bc*: aliquis si draucis *C*: aliquis intersit racens (rarcus *aw*) *aw*: aliquis inter ista draucorum *margo Gryphii.* 11. cunis *pr.h* 12. panem *p* 14. Creste, Cireste, Cresce (*cφ*) *multi.* quid facis *XACl et corr.h*

XXVIII. Ad Romam *X.* 1. sicene *G* Latini *C* 3. Quis *A* potuit *P* fecisse] fregisse *Scriverius*: flexisse *vel* cepisse *Heinsius.* 4. Curius *A* 5. a nostro] averso *abcmpswzφ*: adverso *hl*: a vestro *Beverlandus.* 6. Et soiat natum *X* scenicos *z* 7. poterat *X* 8. suspicit *CGOmα*: suscipit *XAlwμ*: inspicit *reliqui cum φ*: perspicit *Heinsius.* 9. Vei me *λ* ne *l* Phoedi *A* 10. tui *b* esse] ipse *b*

XXIX.

Saecula Nestoreae permensa, Philaeni, senectae,
Rapta es ad infernas tam cito Ditis aquas?
Euboicae nondum numerabas longa Sibyllae
Tempora: maior erat mensibus illa tribus.
Heu quae lingua silet! non illam mille catastae
Vincebant, nec quae turba Sarapin amat;
Nec matutini cirrata caterva magistri,
Nec quae Strymonio de grege ripa sonat.
Quae nunc Thessalico lunam deducere rhombo,
Quae sciet hos illos vendere lena toros?
Sit tibi terra levis mollique tegaris harena,
Ne tua non possint eruere ossa canes.

XXX.

Cappadocum saevis Antistius occidit oris
Rusticus. O tristi crimine terra nocens!
Rettulit ossa sinu cari Nigrina mariti
Et questa est longas non satis esse vias;
Cumque daret sanctam tumulis, quibus invidet, urnam,
Visa sibi est rapto bis viduata viro.

XXIX, 5. siles! 6. Serapin

XXIX. * De Philaeni anti (*h. e.* anu) *T*: De Phileni anu scelerata *X*. 2. est *G* num cito *P*: quam cito *Heinsius*. 3. nundum *T* numerabis *μ* loga *T* 4. srit *C*: est *T* [5—10. *om. T.*] 5. cateste *G* 6. Viuebat *XAG* neque turba *X* Sarapin *XACl*: Seraphin *bhφ*: Serapiu *reliqui*. 7. cirata *φ*: cirrita *aswλ et pr.h*: curiata *ϐ* ministri *P* 9. deducere rhombi *XG et var. lect. A*: deducere canni *l*: deducet (deducit *s*) ab orbe *Cabcmpwzqϐ* 12. Nec tua *Xcl* ponsint *T*: possunt *b*

XXX. * De Anti (Antisti *X*) morte *TX*. 1. Capadocum *TOb* scaevis *l*: saevius *b* 2. carmine *z* 3. Practulit *c* cara *O* 4. Et qua esta *TX* longus *A* 5. daret sanctam *TPczφλμκα*: daret sanctis *XCOahlsw*: dare sanctis *AG*: daret satis *b*: daret sacris *c* tumilis *O*: tumulus *AGwμκ* invidit urnam *T*: invidet urna *XA*: invide turna *G* 6. bis viduata] vis videatur *XAG*

XXXI.

Cum comes Arctois haereret Caesaris armis
Velius, hanc Marti pro duce vovit avem.
Luna quater binos non tota peregerat orbes,
Debita poscebat iam sibi vota deus.
Ipse suas anser properavit laetus ad aras
Et cecidit sanctis hostia parva focis.
Octo vides patulo pendere nomismata rostro
Alitis? haec extis condita nuper erant.
Quae litat argento pro te, non sanguine, Caesar,
Victima, iam ferro non opus esse docet.

XXXII.

Hanc volo, quae facilis, quae palliolata vagatur,
Hanc volo, quae puero iam dedit ante meo;
Hanc volo, quam redimit totam denarius alter,
Hanc volo, quae pariter sufficit una tribus.
Poscentem nummos et grandia verba sonantem
Possideat crassae mentula Burdigalae.

XXXI, 1. Dum comes 7. numismata XXXII, 6. crassi mentula Burdigali.

XXXI. * Ad Caesarem de ansere sponte se ablato *T*: Ad Caesarem *X*. [*Om. Epigr. G.*] 1. Dum *OPμxα:* ( ) Vm *φ* Artuis *A:* Archois *a:* Archadis *T:* Arctis *P* 2. Verius *XAC:* Vebius *Iunianae:* Vibius *λ et Gryphianae*: Vectius *O* novit *Tw* 3. toto *μ* peregeret *w:* peregerit *z* annos *pr.c* 4. poscebant *b* tam *s* [5—10. *om. C.*] 5. laetus properavit *Oμxα* laetus cedarat, *corr.* latus ad aras, *A* 6. fanctis *O* hospita *P* 7. patula *XA* nomismata *APl*: munismata *w:* numismata *reliqui.* 8. Altis *T* haec et extis *φ:* haec estis *hs* 9. litata *P* per te *a* caesa *Oα:* Caesar *cum reliquis λ „MSS. aliquot et edit. princ.“ Scriverii et bodleianus.* 10. ferre *XA* decet *APls*

XXXII. * Qualem velit mulierem *TX*. 1. quae est facilis *s* polio lata *O* 2. iam de ante *T* 3. nolo *G* totam redimit *h* dinarius *T*: donavimus *s* alter *om. T* 4. qua *A* sufficit] iam dedit *c* 5. sanantem *A* 6. Possedeat *T* crassae *T*: crassa *XACGb et corr.h*: crassi *reliqui cum P.* Burdigalae *TXAGOlpzφ, et corr.h:* Burdegalae *abswμx, pr.h et Gruteriani (praeter P):* Burdegalē *Ce*: Burdigalem *Arondellianus, unde Gronovius* Crassi m. Burdigalem: Burdigali *Plα*

XXXIII.

Audieris in quo, Flacce, balneo plausum,
Matronis illic esse mentulam scito.

XXXIV.

Iuppiter Idaei risit mendacia busti,
Dum videt Augusti Flavia templa poli,
Atque inter mensas largo iam nectare fusus,
Pocula cum Marti traderet ipse suo,
Respiciens Phoebum pariter Phoebique sororem,
Cum quibus Alcides et pius Arcas erat:
„Gnosia vos“ inquit „nobis monimenta dedistis:
Cernite, quam plus sit, Caesaris esse patrem.“

XXXV.

Artibus his semper cenam, Philomuse, mereris,
Plurima dum fingis, sed quasi vera refers.
Scis, quid in Arsacia Pacorus deliberet aula,
Rhenanam numeras Sarmaticamque manum;

XXXIII, 2. Mathonis XXXIV, 1. Iupiter 2. Cum videt 7. Cnossia monumenta

---

XXXIII. * Ad Flaccum *TX*. 1. Audierit *μx* plus sum *h* 2. Matronis *T*: Maronis *abcmwzϑ* (? Morionis *P*): Mathonis *margo Gryphii*: Marionis *l*: Morionis *reliqui*. mentula *XA*: mentulas *h*

XXXIV. Ad Caesarem *X*. 1. Idae *XA* 2. Cum *lϑ* augusti *X* coli *X*: tholi *vel* fori *Heinsius in Valer. Flacc. I*, 15. *et Adversariis p.* 226. 3. largiam nectare *XA* fusas *h* 4. ipsa *b*: Illo *C* 5. Phoebi pariterque *c* plebique *G* 6. et plus *A*: et puer *lzφ* Archas *XObh*: escas *AG* erat] adest *pr.h* 7. Gnosia vos *ACGPbclszφμκα et pr.h*: Gnosia nos *corr.h*: Gnoviasos *X*: Gnossia vos *Op*: Gnosia nos *a*: Cnossia nos *w*: Cnossia vos *Iunianae*. nobis] verbis *l*: uberis *bpϑ et pr.h* monimenta *X*: monumenta *reliqui*. dedisti *ACGabwφ* 8. sic *A*: est *z*

XXXV. * Ad Filomusum *TX*. 1. biis *G* sem caenam *T*: coenam semper *s* 2. et quasi *XCacImpwzφϑ* 3. Scis quid marsacia *s*: Scis quid in arpatia *p*: Scis ad marsacia *b* Arsicia *P* Pacorum *G*: paucorum *T* aura *T* 4. Rhenanam *O*: Rheni manum *XACGabIpw* numera *XAG*

Verba ducis Daci chartis mandata resignas,
Victricem laurum quam venit ante vides;
Scis, quotiens Phario madeat Iove fusca Syene,
Scis, quota de Libyco litore puppis eat,
Cuius Iuleae capiti nascantur olivae,
Destinet aetherius cui sua serta pater.
Tolle tuas artes; hodie cenabis apud me,
Hac lege, ut narres nil, Philomuse, novi.

XXXVI.

Viderat Ausonium posito modo crine ministrum
Phryx puer, alterius gaudia nota Iovis:
„Quod tuus, ecce, suo Caesar permisit ephebo,
Tu permitte tuo, maxime rector" ait.
„Iam mihi prima latet longis lanugo capillis,
Iam tua me ridet Iuno vocatque virum."
Cui pater aetherius „Puer o dulcissime," dixit,
„Non ego quod poscis, res negat ipsa tibi:
Caesar habet noster similes tibi mille ministros
Tantaque sidereos vix capit aula mares.
At tibi si dederit vultus comn tonsa viriles,
Quis mihi, qui nectar misceat, alter erit?"

XXXV, 9. Iuneae

---

5. Dachi *Xbhp* carthis ℬ: Cattis *λa*: ohartis *vel* cartis *cum libris nostris Gruteriani quottuor, „totidem aut plures cum edit. princ." Scriverii et codex Gulielmii Verisimill. III*, 7. 6. Victorem *az* vehit *hl* 7. Pario *TB*: vario *P* maneat *TXACGφ*: manet *Heinsius.* Iovem *T*: Ieno *b* fusco *φ* 8. quod do *XAC*: q do *G* Lybio *T* pupis *T* erat *TG*: *om. s* [9. 10. *om. T.*] 9. Iuliae *X*: vileae *bs*: villeae *pr.h* capitis *Cabhlw et pr.c* naseuntur *Xlzφ* 10. Detinet aetherons *XCb*: Detinet iuotherius *AG*: Dostiuat *z* aethoreus *plerique.* sui serta *Az* pater] parat *XACG* [11. 12. *affert D.*] 11. tuus] quas *T* partes *P* 12. Philomose *pr.T*: mihi ninne *D*

XXXVI. De Ganymedo et Iovo *O.* [*In XACG cum XXXV. conflotum.*] 2. Prix *A*: Phix *b* vota *O*: iota novis *w* 3. Quo tu siece *XAG* permissus *l* 4. Tu iam permitte *l*: Hoc mihi permittas, conditor orbis, ait *codex Pulmonni.* 6. vinum *G* 8. Non nego *Rutgersius.* quod] quae *P* possis *l*: poscens *G* vetat ℬ ista *l* 9. Caesar multos („*al.* nostros") habet *o* similes] silens *w* 10. vix] non *c* 11. Ast *l* 12. eris *s*

XXXVII.

Cum sis ipsa domi mediaque ornere Subura,
Fiant absentes et tibi, Galla, comae;
Nec dentes aliter, quam serica nocte reponas,
Et iaceas centum condita pyxidibus;
Nec tecum facies tua dormiat, innuis illo,
Quod tibi prolatum est mane, supercilio.
Et te nulla movet cani reverentia cunni,
Quem potes inter avos iam numerare tuos.
Promittis sexcenta tamen; sed mentula surda est,
Et sit lusca licet, te tamen illa videt.

XXXVIII.

Summa licet velox ludas, Agathine, pericla,
Non tamen efficies, ut tibi parma cadat.
Nolentem sequitur, tenuesque reversa per auras
Vel pede vel tergo, crine vel ungue sedet.
Lubrica Corycio quamvis sint pulpita nimbo
Et rapiant celeres vela negata Noti,

XXXVII, 10. Et sit surda licet, XXXVIII, 1. velox, Agathine, pericula ludas, 6. Et rapiant fortes

---

XXXVII. * Ad Gallam *TX*. 1. vis *XAGlp et pr.h* ipsa] ppa *C* ornare *XAGhlp* sub ura *G*: sub aura *C*; sub aula *asw*: sub umbra *margo Gryphii*. 2. obscutes *T* 3. sericatà *XG*: soriea *w*: sera ϒ 4. Et centum iaceas *P* lateas *Oabswxφμκα*: iaceas *cum reliquis* ϒΨ. puxidibus *P*: pixibus *A*: pasidibus *s* 5. Nec eum faceas *T* inuius *Gh* 6. Quo *C* ploratum *TXACG* supercilium *CP* [7. 8. *om. T.*] 7. Et nulla te *P* cani] tam *XAG*: tanti *l* 8. avos annumerare *h* 9. sescenta *TX* est *om. m* 10. Et si *h* lusca *TΨωxφλμκα*: surda *XACGabhlsϒ*: caeca *m* vide *μ*

XXXVIII. Ad Agathinum X. [*Om. Epigr. G.*] 1. ludas (laudas *X*) Agathine pericla *X*; Agathine pericula laudas (ludas *Pxφλα*) *PAbxφλαϒ*: Agathine (Agathini *μ*) pericula laudes *Oachlpswμκ*ΨΒ ludas *om. C* 3. tennisque recisa *P*; aeetuesque *A* 4. crine vel ungue *Oabchlmpxλφ*ΒΨ; pingue (pingues *A*) vel ungue *XACsw*: clune *vel* ungue *μκα* 5. Lubrico *A* Corytio *μκ*: Coritio *OP* quamvis sit *Xφ*; quam iussit *A* polpita *s* 6. celeres *om. XA*: madidi ϒ, *sed margo m. sec.* celeres: fortes „*optimus MS*“ *Scriverii.*

Securos pueri neglecta perambulat artus,
Et nocet artifici ventus et unda nihil.
Ut peccare velis, cum feceris omnia, falli
Non potes: arte opus est, ut tibi parma cadat.

XXXIX.

Prima Palatino lux est haec orta tonanti,
Optasset Cybele qua peperisse Iovem.
Hac et sancta mei genita est Caesonia Rufi.
Plus debet matri nulla puella suae.
Laetatur gemina votorum sorte maritus,
Contigit hunc illi quod bis amare diem.

XL.

Tarpeias Diodorus ad coronas
Romam cum peteret Pharo relicta,
Vovit pro reditu viri Philaenis,
Illam lingeret ut puella simplex,
Quam castae quoque diligunt puellae.
Dispersa rate tristibus procellis
Mersus fluctibus obrutusque ponto
Ad votum Diodorus enatavit.

XL, 5. Sabinae.

---

7. puer inelecta *A* artus] armis *P*: armos „*membranae Cuiacianae*“ *Scriverii.* 8. cedat *p*

XXXIX. Ad Caelouiam *X.* 1. haec est *h* 2. Optasse *X* Cibale *G* 3. Haec et *hw*: Haec est *s*: Nec et *bp* sanctum eugenita est *X*: sancta die (scartie *teste Heinsio*) genita est *G*: sancta meo — Rufo *χ*: Sanctouiei genita est *λα*: saneta mei genita est *reliqui cum „fidelioribus libris et ed. prine.“ Scriverii et Gruterianis.* caesonia *φ*: Caelonia *CP* 4. debet esse matri *A*: debet patri — suo *χ* 5. maritum *XACG* 6. vis *AG*

XL. * De Diodorem uxori eius Phleul *T*: De Diodoro et Phileni uxori eius *X.* [*In T praecedit XLI.*] 1. Tarpeius *aw* 2. Roma *XAG* coupater et *T* 3. reditum *T* 4. Illim *T*: Illum *cφ* liugueret *pr.A*: gluberet *Heinsius.* ut puellam semper *P* 5. [*om. T.*] puellae *XACG*: Sabinae *reliqui. An* Sabellae? 6. Disperserat e *P*: Depressa *vel* Depreusa rate *Heinsius.* 7. Mersis *T* fruetibus *A* ponto est *T* 8. [*om. T.*] enatabit *P*: enotavit *s*

O tardus nimis et piger maritus!
Hoc in litore si puella votum
Fecisset mea, protinus redissem.

XLI.

Pontice, quod nunquam futuis, sed pellice laeva
Uteris et Veneri servit amica manus,
Hoc nihil esse putas? scelus est, mihi crede, sed ingens,
Quantum vix animo concipis ipse tuo.
Nempe semel futuit, generaret Horatius ut tres;
Mars semel, ut geminos Ilia casta daret.
Omnia perdiderant, si masturbatus uterque
Mandassent manibus gaudia foeda suis.
Ipsam crede tibi naturam dicere rerum:
„Istud quod digitis, Pontice, perdis, homo est.“

XLII.

Campis dives Apollo sic marinis,
Sic semper senibus fruare cygnis,
Doctae sic tibi serviant sorores,

XLI, 7. perdiderat 8. Mandasset XLII, 2. cycnis,

---

9. Ut tardus *AGφ* 10. Hoc a littore *κα*: Hoc in litore *cum reliquis* Ϫ. 11. Feeissem *AG* mea] i ra *s* rediissem *bμx*

XLI. * Ad Pontieum *TX*. [1. 2. *om. T.*] 1. quo *AG*: qnid *el* futuisse[illegible] polliee *Clw*: peliee *P* levae *w* 2. Veneris amica eru[illegible]us *X* 3. est *om. pr. P* mihi eedes et *AG* [5. 6. *om. P.*] [illegible] 5. semel fuit *A*: semel aliit (*h. e.* saliit) *T* generet *AG*: generator *s* Oratius *TOsμx* ntres *XA* 6. nt] in *AG* Illia *T* castra *TAG*: Iliave daret *l* 7. perdiderant *OPabchszφ*: perdiderat *reliqui.* mas tnrbatus *Ga*: masturbatas *T*: mastrubatus *μx*: Mars turbatns *Cl* 8. Mandassent *Pz*: Mandasset *reliqui.* foeda] feba *O* („*editio princeps* faeba *sive* feba“ *Scriverius.*): saeva *Scriverius.* 9. mihi *achlsw* dneere *X* verum *μ* 10. dleitis *A*: digis *T*: dicit *G*

XLII. Ad Apollinem *X*. 1. sie marinis *Scaliger*: sie mnrinis *Galswa*, „*vetustissimi codices*,“ *nominatim* „*antiquissimus*,“ *Domitii et margo h*: sie mnrinus *XAC*: sie Myrinis *OϪ*: semurinis *bhφ*, „*recentiores codices depravate*“ *Domitii*, *codex Scriverii Turonensis, quo usus Turnebus, et margo a*: in semurinis *e*: semyrinis „*alii MSS.*“ *Scriverii*: semurauis *μx et* „*editio princ.*“ *Scriverii*: remurinis *mxφ et margo e* 2. eicnis *O* 3. sie tibi] sibi *b* servant *P*

Nec Delphis tua mentiatur ulli,
Sic Palatia te colant amentque:
Bis senos cito me rogante fasces
Det Stellae bonus annuatque Caesar.
Felix tunc ego debitorque voti
Casurum tibi rusticas ad aras
Ducam cornibus aureis iuvencum.
Nata est hostia, Phoebe; quid moraris?

XLIII.

Hic, qui dura sedens porrecto saxa leone
Mitigat exiguo magnus in aere deus,
Quaeque tulit, spectat resupino sidera vultu,
Cuius laeva calet robore, dextra mero:
Non est fama recens nec nostri gloria caeli;
Nobile Lysippi munus opusque vides.
Hoc habuit numen Pellaei mensa tyranni,
Qui cito perdomito victor in orbe iacet.
Hunc puer ad Libycas iuraverat Hannibal aras;
Iusserat hic Sullam ponere regna trucem.
Offensus variae tumidis terroribus aulae
Privatos gaudet nunc habitare lares.
Utque fuit quondam placidi conviva Molorchi,
Sic voluit docti Vindicis esse deus.

---

6. Bis - senos cito te rogante XLIII, 5. coeli, 10. Syllam

---

4. metiatur *s*: mentulatur *XA et pr.G* illi *μx* 6. me] te *Ybchmpx* faces *XAG* 7. bonos *z* 8. ego tunc *s* 9. tibi] mihi *s* rusticus *z* 10. vivenem *φ* 11. Vota *Heinsius.* qui *XAG*

XLIII. De Lisipi munere *X.* 2. ora *l*: orbe *p* 3. Quaque tulit *s*: Qnique tulit *bc*: Quae tulerit *lp* supino *l* 4. eadet *l* 5. glori caeli *X*: gloria saeculi *var. lect. h* 6. Lysippe *P* 7. Non habuit *l* Pelaei *X*: Peleî *Gx*: Pedei *b* 8. per domite *G*: perdomita *bzφ*: pro domito *aw*: pro domita *c* victor] tutor *s* urbe *XACGbczφ et corr.a* 9. intraverat *h*: vitiaverat *b* Annibal *μx*: Hannibas *G* areas *b* 10. Syllam *Oφμκα*: Sillam *Xb*: Syllas *P* 11. Offensum *XACG* timidis *lφ* 12. Privatus *AG*: Priviaeus *XC* 13. Usque *P* Malorehi *x*: Molerchi *s* 14. Vindicis] vineis *AG*: vorcis *XC*: vindices *P*

XLIV.

Alciden modo Vindicem rogabam
Esset cuius opus laborque felix.
Risit, nam solet hoc, levique nutu
„Graece numquid“ ait „poeta, nescis?
Inscripta est basis indicatque nomen.“
Ἀναίππου lego, Phidiae putavi.

XLV.

Miles Hyperboreos modo, Marcelline, triones
Et Getico tuleras sidera pigra polo:
Ecce Promethei rupes et fabula montis
Quam prope sunt oculis, nunc adeunda, tuis!
Videris immensis cum conclamata querelis
Saxa senis, dices „Durior ipse fuit.“
Et licet haec addas: „Potuit qui talia ferre,
Humanum merito finxerat ille genus.“

XLVI.

Gellius aedificat semper: modo limina ponit,
Nunc foribus claves aptat emitque seras;

XLIV, 1. Alcides XLV, 2. Et Getici tuleris — poli, 3. Promethеae 7. hoc addas:

XLIV. De opere Lisipi *X*. 1. Alcidem *XAGbhwφμ*: Alcides *O et Lipsius*. Indicem *codex Petavii*: Vindicis *Pzλμκα* 2. Cesset *XA*: Cessat *G* 3. nam] non *lz* hic *c*: *om. C* leniqne *b*: levi *l* 4. ais *AGφ* o poeta *Oμκ* 5. Inscribita est bas vindicatque *X* 6. *Ἀναίππου a*: Lisippu *λ*; Lysippum *vel* Lisippum *reliqui*. putavit *X*

XLV. Ad Marcellinum *X*. 1. Viles *p* Lyperboreos *φ* 2. Getico (Getica *XAC*) — pole *XACGX*; Getici — poli *reliqui*. tuleris *λμα et corr.h*: tulerit *κ*: tuleras *reliqui cum* Ym *et Arundelliano*: toleras *Gruterus*. 3. Promethe *O*: Promethеae *Pμκα* rupes] turpes *pr.P* 4. sint *X* 5. conclamate *C*: commodata *c*: conclamare *XOmw et pr.a* 6. ipse *XAGlϑ*: ille *reliqui*. 7. Ilicet *Oμ*: Illicet *abchlpswφ* haec *XAPabhpw*: hoc *reliqui*. addat *w* Potuitque *X*: Potuit quae *AG*

XLVI. De Gallio *X*. 1. Sellus *B*

Nunc has, nunc illas mutat reficitque fenestras.
Dum tantum aedificet, quidlibet ille facit,
Oranti nummos ut dicere possit amico
Unum illud verbum Gellius „Aedifico.“

XLVII.

Democritos, Zenonas inexplicitosque Platonas
Quidquid et hirsutis squalet imaginibus,
Sic quasi Pythagorae loqueris successor et heres,
Praependet sane nec tibi barba minor.
Sed quod et hircosis serum est et turpe pilosis,
In molli rigidam clune libenter habes.
Tu, qui sectarum causas et pondera nosti,
Dic mihi, percidi, Pannice, dogma quod est?

XLVIII.

Heredem cum me partis tibi, Garrice, quartae
Per tua iurares sacra caputque tuum,

XLVII, 2. squallet 4. Praependet mento 6. rigidum XLVIII, 1 *et* 11. Gallice

---

3. nunc has illas nunc illas *X* mutat *om.* *XA:* reficit mutatve 𝔓: frangit reficitque 𝔄 4. tantum *XACbclmp*𝔅𝔓 (? tamen *P*): tamen *reliqui.* quodlibet *hl* 5. ut] et *z*

XLVII. * Ad Panicum *T*: Ad Pannicum *X.* 1. Democrinos *A*: Nemocritos *G* Xenonas *T* 2. Quisquis *P* squallet *Oφ*: qualet *s*: quales *X* 4. Praependet sane *T*: Prendet sane (*cum spatio vacuo*) *P*: Propendet sane *z*: Praependet tamen *XA*𝔅: Praependetque tamen *CGbchlpsw*: Propendetque tamen *φ*: Dependet sane *Vaticanus Heinsii*: Propendetque minor — tamen *Vaticanus antiquissimus Heinsii:* Perpendet mento *Oλ*: Praependet mento *μκα*: Praependet meta *Vossius in Melam I*, 9.: Propendet Samia *Heinsius in Claudian. Cons. Manl.* 157. nec] non *l* 5. Sed quid *μκα* serum et *μκ*: serum est et *om.* *XA:* est et *om.* *G:* saevumque turpe *Gryphianae:* turpe est et *C*: serum est et *reliqui cum* 𝔙𝔓*m.* 6. In melli *G:* In mobili 𝔅: Immobili *hp* rigidam *TXAGP*𝔅: rigidum *reliqui.* 7. [*In ahs novum Epigr.* „Ad Panniehum.“] septarum *b* 8. percidi Pannice] de panniche *AG*: de pannide *X*: Dic mihi die quaeso Panniche *Cabchmswzφ* praecidi *hlμκα* dogma quod est *TXAGbcλμκα:* dogma facit *hl*𝔓: dogma quid est *reliqui.*

XLVIII. * De Garrico *XA:* Ad Carricum *T.* 1. Garrica *TP*: Gallige *b*: Gallice *reliqui. Sed vide lemma.*

Credidimus, — quis enim damnet sua vota libenter? —
Et spem muneribus fovimus usque datis;
Inter quae rari Laurentem ponderis aprum
Misimus; Aetola de Calydone putes.
At tu continuo populumque patresque vocasti;
Ructat adhuc aprum callida Roma meum.
Ipse ego, — quis credat? — conviva nec ultimus haesi,
Sed nec costa data est caudave missa mihi.
De quadrante tuo quid sperem, Garrice? Nulla
De nostro nobis uncia venit apro.

XLIX.

Haec est illa meis multum cantata libellis,
Quam meus edidicit lector amatque togam.
Partheniana fuit, quondam memorabile vatis
Munus: in hac ibam conspiciendus eques,
Dum nova, dum nitida fulgebat splendida lana
Dumque erat auctoris nomine digna sui;
Nunc anus et tremulo vix accipienda tribuli,
Quam possis niveam dicere iure tuo.
Quid non longa dies, quid non consumitis anni?
Haec toga iam non est Partheniana, mea est.

---

3. [Crede tibi — libenter *affert D.*] Credimus φ enim quis dsmaet *b*: damnet quis enim *Ph* 4. usque] ipse *pr.b* 5. Inter quam *corr.h*: Interim qnse *P* 6. Aetolia *aelpw*: Aetelum Ψ(?): et ela de, *corr.* ut ellum de, *P* de] quod *b* putas *XACG* 7. At tue *T* populum patresque *C* rogasti *h* 8. Ruptat *T* calida *OΨ*: candida Χ: pallida „*alibi repertum*" *Scriverio coniecerunt Douza et Heinsius Adversariis p.* 479: Gallice *Scaliger.* 9. hesit *T* 10. misse *T* 11. qui sperem *μxa* Garrice *T*: Gallice *reliqui.*

XLIX. De toga a Partenie sibi donata *X.* 2. ediderit *m*: Quamque meus didicit Ψ 3. Prae artemana *G* memeravile *X* munus Vatis *h* 4. In bac Ibam] inacbivam *XA*: in anchivam *G* 5. fulgebat splendida leva *G et codex Gulielmii Verisimm. III*, 7.: splendebat fulgida lana Χ: fulgebat ipse lana *X*: fulgebat splendida lasna *Gulielmius*: candida *Salmasius.* ianix *P* 6. erit *G* nomina *XG* 8. dnecre Χ lussu *P* tno *om. X*: suo *h* 9. [*Apponit D.*] nunc — aunc *G* 10. iam *om. C*

L.

Ingenium mihi, Gaure, probas sic esse pusillum,
Carmina quod faciam, quae brevitate placent.
Confiteor; sed tu bis senis grandia libris
Qui scribis Priami praelia, magnus homo es.
Nos facimus Bruti puerum, nos Langona vivum:
Tu magnus luteum, Gaure, Giganta facis.

LI.

Quod semper superos invito fratre rogasti,
Hoc, Lucane, tibi contigit, ante mori.
Invidet ille tibi; Stygias nam Tullus ad undas
Optabat, quamvis sit minor, ire prior.
Tu colis Elysios, nemorisque habitator amoeni
Esse tuo primum nunc sine fratre cupis.
Et si iam nitidis alternus venit ab astris,
Pro Polluce mones Castora, ne redeat.

LII.

Si credis mihi, Quinte, quod mereris,
Natales, Ovidi, tuas Apriles

L, 3. bis denis 6. magnus puerum LII, 1. 7. Quincte

L. * Ad Gaurum poetam *T*: De Gauro *X*. 1. proba *XACG* sic om. *P* 2. placet *XA* 3. sed tu *om. XAG* [bis — scribis om. *b*.] bis (vis *G*) senis *TXACGOachlmpφ*: bis denis *reliqui*. 4. manus *s* est *T* 5. Nos facies *T*: Non facimus *A*: Nunc facimus *G* Lagona *cllxα*: Lagone *T*: Longona *w*: Lingona *XAC et codd. quidam Scriverii*: Linguona *G*: Langona *reliqui cum „melioribus scriptis et edit. princ." Scriverii, Gruterianis quattuor* (*P*) *et* 𝔅. vinum *s* 6. maguum *XAG*

LI. Ad Lucanum *X*. 3. nam (iam *P*) Tullus ad undas *Pμκα*: modo raptus ad umbras *XACGbchl*: modo raptus ad undas *Oamwzφ*𝔄. *Interpolatum ex VI*, 58, 3. 4. sit] te *Roius*. 5. Elysios *om. b*: Elysium *Roius*. 7. Et si nnte nitidis *b*: Est si ante viridis *s* alternis *XACGbs*: alterins, *corr.* alternas, *a* 8. monens *b* Castor *P*

LII. Ad Quintum *X*. 1. ac moreris 𝔄 2. tuas *XAP*: tuo *C*: tuos *reliqui*. Ovidi] vidit *P* Aprilis *P*

Ut nostras amo Martias Kalendas.
Felix utraque lux diesque nobis
Signandi melioribus lapillis!
Hic vitam tribuit, sed hic amicum.
Plus dant, Quinte, mihi tuae Kalendae.

LIII.

Natali tibi, Quinte, tuo dare parva volebam
Munera; tu prohibes: imperiosus homo es.
Parendum est monitis, fiat quod uterque volemus
Et quod utrumque iuvat: tu mihi, Quinte, dato.

LIV.

Si mihi Picena turdus palleret oliva,
Tenderet aut nostras silva Sabina plagas;
Aut crescente levis traheretur arundine praeda
Pinguis et implicitas virga teneret aves:
Care, daret sollemne tibi cognatio munus,
Nec frater nobis, nec prior esset avus.
Nunc sturnos inopes fringillorumque querelas
Audit et arguto passere vernat ager.

LIII, 1. 4. Quincte 3. iubemus, LIV, 5. Cara 7. fringuillarumque

---

4. veraque *h* 5. Signanda *hp* 6. sed iic *X* 7. dant mihi Q. mihi tuae *X:* daut mihi Q. tuae *bhw*

LIII. * Ad Quintum *TX.* 1. Natale *TX* tuo Q. dare (*om.* tibi) *XAG:* Natali dare Q. tuo *C:* tuo *om. P* 2. Munera *om. C* 3. utrumque *e* volenti *T:* iubemus *Pzφμκα:* volemus *reliqui cum* ΧΨ: vovemus *Heinsius. An* utrique voteuti?

LIV. * Ad amicum de mittendo munere *T: in XAG et fortasse aliis cum LIII. conflatum.* 1. Sie *G* Piseena *z* Picenatur palleret *XAG* 2. silvas *X* Savina *XG* 3. ereseante *μ* levis *TCObchmzφΨ:* velis *XAG:* vadis *alωμκα* 4. inlicitas *G* 5. Care *Tλ:* Clara Χ*:* Cara *reliqui.* sollemuati eognatio *T:* sollemne mihi *XGampswΧ* coguitio *b* eunus *z* 6. vobis *μ* haeo prior esset *A:* hoe prior esset *G:* haec frater esset *X* 7. iu opem *XAG* friugillorumque *TXACGohlpw:* terigilonumque *s:* frigido friuguillarumque *b:* friugillarumqua *reliqui.* 8. suguto *G* pasoere *s:* passer *G*

Inde salutatus picae respondet arator,
Hinc prope summa rapax milvus ad astra volat.
Mittimus ergo tibi parvae munuscula chortis,
Qualia si recipis, saepe propinquus eris.

LV.

Luce propinquorum, qua plurima mittitur ales,
Dum Stellae turdos, dum tibi, Flacce, paro,
Succurrit nobis ingens onerosaque turba,
In qua se primum quisque meumque putat.
Demeruisse duos votum est; offendere plures
Vix tutum; multis mittere dona grave est.
Qua possum sola veniam ratione merebor:
Nec Stellae turdos, nec tibi, Flacce, dabo.

LVI.

Spendophorus Libycas domini petit armiger urbes:
Quae puero dones tela, Cupido, para;
Illa quibus iuvenes figis mollesque puellas:
Sit tamen in tenera laevis et hasta manu.
Loricam clypeumque tibi galeamque remitto;
Tutus ut invadat praelia, nudus eat.
Non iaculo, non ense fuit laesusve sagitta,
Casside dum liber Parthenopaeus erat,

---

9. respondit 10. in astra 11. cortis,

---

9. Insalutatus *P* respondit *T* 10. Hunc 𝔄 auma *T* ad astra *TXACGtℬ*: in astra *reliqui cum P.* 11. parva *T* chortis *XACGφ*: cohortis *Pz*: dolis *l*: cortis *reliqui.* 12. recipia saepropinquus *T*: recipis se propinquus *XG*

LV. * Ad Flaccum *TX.* 2. Stillae *T* 3. Surgit *m*: Occurrit *φ* 4. quis ineumque *b* 5. deos *X* uotum *w* 6. tantum *z* 7. Qua posnm grave sola *T*: Qui possum *X* 8. Stillae *T*

LVI. De Splendophoro *O: in XACG cum LV. conflatum.* 1. Spendophorus *as et Scriverius*: Spendephoros *G*: Splendophoros *AO*: Splendoforus *Pbwφ*: Splendophorus *reliqui.* urbis *AP* 2. puerae *X* tella, *pr.* stella, *P* 3. molesque *X* 4. interea leuis *s*: levas *G* 5. galleamque *φ* 6. ut] et *G* 7. Non (Nunc *G*) iaculo, non (nunc *G*) hasta (asta *X*) fuit *XAClswℬ*: Non iaculis hasta ve fuit *O* 8. Callide *G* cum *hℬ*: tum *AG* Partonepeus *AGs*: Parthenopeius *hμx*

Quisquis ab hoc fuerit fixus, morietur amore.
O felix, si quem tam bona fata manent!
Dum puer es, redeas, dum vultu lubricus, et te
Non Libye faciat, sed tua Roma virum.

LVII.

Nil est tritius Hedyli lacernis:
Non ansae veterum Corinthiorum,
Nec crus compede lubricum decenni,
Nec ruptae recutita colla mulae,
Nec quae Flaminiam secant salebrae,
Nec qui litoribus nitent lapilli,
Nec Tusca ligo vinea politus,
Nec pallens toga mortui tribulis,
Nec pigri rota quassa mulionis,
Nec rasum cavea latus bisontis,
Nec dens iam senior ferocis apri.
Res una est tamen, — ipse non negabit, —
Culus tritior Hedyli lacernis.

LVII, 4. Non ruptae

---

9. ad hoc *cls*: ob hoc *O* ficus *X* moriturus *G* 10. O] Cum *G* facta *X* 11. vultu *XAG*$\mathfrak{P}$: vultus *reliqui.* et te] ecce *XACG* 12. Nunc *G* Libyae *Aμκ*: Libia *h* faciet *w*$\mathfrak{A}$: facit *X* set *A*

LVII. * Ad Hedili de lacernis tritis *T*: De Hedili lacerna *X*. 1. Nihil *w* tricius *P*: tristius *AG* Edili *TObhφμκα* lacerna *XACG* 2. [2. 3. 4. *om. T.*] Non ause *b*: Non inause *G* veterem *A*: ventrem *c*: ventum *b* Coriutheorum *O* 3. Non crus *xφ* crux *μκ*: rus *P* compedem *A* lubricus *c* decanni *X* 4. Nec ruptae *Pam*: Nec rupta *XAG*: Nec rupe *hsw*: Nec turpe *b*: Nec turpis *cxφ*: Nec recutita *Cl*: Non ruptae *Oμκα* cola *X* 5. Neque *G*: Nec quem *w*: quae *om. bs* Flamineam *abpμκ*: Flaminam *T* salubrae *P* 6. lectoribus *A* capilli *c*: lapillis *XAG* [7. 8. *om. T.*] 7. [*In X post versum* 3.] Nec tus (thus *Gsw*) gallico *XACGsw* ligno *c* politum *Cw* 8. Non *z* palens *φ* tribuli *l* 9. cassa *C* mullionis *T* 10. rarum *G* visontis *XACGOczφ*: insontis *Pabhsw* 11. deus *wμκ*: duens *G* iam *om. C*: tam *Pbhw* saevior *abhw* 12. Res] Nec *G* negavit *XACG* 13. Edili *xφ*: Aedili *α* lacernas *b*: lacerni *s*: lacerna *C*

LVIII.

Nympha sacri regina lacus, cui grata Sabinus
Et mansura pio munere templa dedit,
Sic montana tuos semper colat Umbria fontes,
Nec tua Baianas Sassina malit aquas:
Excipe sollicitos placide, mea dona, libellos;
Tu fueris Musis Pegasis unda meis.
Nympharum templis quisquis sua carmina donat,
Quid fieri libris debeat, ipse docet.

LIX.

In septis Mamurra diu multumque vagatus,
Hic ubi Roma suas aurea vexat opes,
Inspexit molles pueros oculisque comedit;
Non hos, quos primae prostituere casae,
Sed quos arcanae servant tabulata catastae
Et quos non populus, nec mea turba videt.
Inde satur mensas et opertos exuit orbes
Expositumque alte pingue poposcit ebur,
Et testudineum mensus quater hexaclinon
Ingemuit citro non satis esse suo.
Consuluit nares, an olerent aera Corinthon,
Culpavit statuas et, Polyclite, tuas

LVIII, 4. Sarsina 8. monet. **LIX, 10.** Polyclete

LVIII. Ad Nympham *X*. 1. sacris *A* Sabanus *XAG* 3. umbra *G* campos, *corr.* fontes, *h* 4. sua *Heinsius.* Baiana *s* Sassina *PXACGλ:* Sasina *Oμπ:* Saxina *z:* Sarsena *a:* Sarsina *reliqui.* 5. placida *Pbhsw* 6. Pegasus *alw* unde *XG* 8. Quod *as* docet *XACGaswzφχ:* monet *reliqui.*

LIX. In Mamurram *O: in XAC confusum cum LVIII, in G cum duobus sqq. omissum.* 1. Mamurca *a:* Mamirra *P* vagatos *P:* rogatus *pr.h* 2. uurcs *A* 3. Suspexit *O* oculosqua *z et pr.A* 4. quos *om. P* 5. servat *XAo:* versant *Heinsius.* tribulata *X* 7. In se *P* apertos *C* 8. alte] ad te *b* 9. testidnneum *X:* testndineo *Pz:* testndineis *e* mensis *XAOabchswφ et pr.l* cxaclinon *POφ alii:* exhaclinon *X* 10. Ingenuit *X:* Ingemit id *Heinsius.* cito *φ:* curo *sw* satur *χ* 11. oleret *l* aeratorinton *s:* crachoriton *b* 12. Polyclita *dedi:* Polucita *P:* Policrete *b:* Polichrete *aw:* Polyclete *reliqui.* tuos *X*

Et turbata brevi questus crystallina vitro
Murrina signavit seposuitque decem.
Expendit veteres calathos et si qua fuerunt
Pocula Mentorea nobilitata manu,
Et virides picto gemmas numeravit in auro,
Quidquid et a nivea grandius aure sonat.
Sardonychas veros mensa quaesivit in omni
Et pretium magnis fecit iaspidibus.
Undecima lassus cum iam discederet hora,
Asse duos calices emit et ipse tulit.

LX.

Seu tu Paestanis genita es, seu Tiburis arvis,
Seu rubuit tellus Tuscula flore tuo;
Seu Praenestino te vilica legit in horto,
Seu modo Campani gloria ruris eras:
Pulchrior ut nostro videare corona Sabino,
De Nomentano te putet esse meo.

LXI.

In Tartessiacis domus est notissima terris,

LIX, 14. Myrrhina LX, 6. pudet

---

13. turpata *z*: cnrtata *Heinsius.* brui *XA*: levi φ: sni ℵ eristana *P* nitro *wΨℬ et Salmasius Exx. Plin. p.* 204. 14. Murrina *Pb*: Mirrina *hφ*: Myrrina *XO*: Myrrhina *reliqui.* 15. Expondit *z* 16. Mentoria *Psφ*: Metorea *z* 17. viridis *XA* puro *p* geminas *s* 18. a nivia *X*: aninea *bφ*: amnea *el*: aranea *s*: in nivea *awμκα*: a nivea *reliqui cum Ψmλ*: a bina *Heinsius.* ore *elmsz et pr.h* 19. vero *P*: viro *XAOb et pr.h* (*corr.* vivos): Sardonychasque viro *Caelpswzφℬ* mensa — in omnes *Ψ*: mensa — in omnis *a*: mensas — in omni φ: mensas — in omnes (omnis *bsw*) *Obchlpswzμκα* 20. magis *bps* 21. lapsus *cp* descenderet *c* 22. enlices *s et pr.a* ipse] asse *e*

LX. * Ad coronam *T*: in *X confusum cum LIX.* 1. Scircum (Scutum *teste Heinsio.*) pnestani *T*: Seu tu Pestani *XAC* genita esse ut Tiburis *XC*: genita est in *l*: gemines seu *s* avis *T*: auris *h*: aures *XAC* 3. Penestrino *s* 4. Campaniei *b* 5. Pulchriorvn nostro *T*: Pulchriorve nostro *μx* Sabino om. *T* 6. Da Momentano *O*: De Nnmentano *s*: Seu Numentano *b* pudet *Tbchlφ et Gryphianae*: putat *XAC*: putet *reliqui cum P.*

LXI. De Platano Cordubensi *O*: *in X cum LX. conflatum.* 1. Tartesiacis *Oφμκα et corr.h*: Carthesiacis *P*: Tarpesiacia *XACbclpw et pr.h*

Qua dives placidum Corduba Baetin amat,
Vellera nativo pallent ubi flava metallo
Et linit Hesperium bractea viva pecus;
Aedibus in mediis totos amplexa penates
Stat platanus densis Caesariana comis,
Hospitis invicti posuit quam dextera felix,
Coepit et ex illa crescere virga manu.
Auctorem dominumque suum sentire videtur:
Sic viret et ramis sidera celsa petit.
Saepe sub hac madidi luserunt arbore Fauni
Terruit et tacitam fistula sera domum;
Dumque fugit solos nocturnum Pana per agros,
Saepe sub hac latuit rustica fronde Dryas.
Atque oluere lares comissatore Lyaeo,
Crevit et effuso laetior umbra mero;
Hesternisque rubens deiecta est herba coronis,
Atque suas potuit dicere nemo rosas.
O dilecta deis, o magni Caesaris arbor,
Ne metuas ferrum sacrilegosque focos.
Perpetuos sperare licet tibi frondis honores:
Non Pompeianae te posuere manus.

LXI, 9. dominumque nemus *Versus hoc ordine:* 11. 14. 13. 12. 16. latior

---

2. placitum $\mathfrak{A}$ Bethyn *a*: Botin *s*: Tetin *ab*: Thetin, *marg.* Thetyn, *h*: Retin *w* 3. placeant nisi *c* tibi *asw* flava] pelle *C* 4. linet *α* brattea *XA*: bracthea *φ*: brathea *corr.h*: barthea *absw et pr.h*: barbara *var. lect. c* vina *asw* 5. et mediis *XACOabhlpswφ*: *an* e mediis? amplexa] mansura „*Vet. Cod. Vatic.*“ *Heinsii*: emensa *Heinsius.* 6. platanos *s* 7. inviti *s* 9. suum *XAOabchlmswℜ et* „*Vet. Cod. Vatic.*“ *Heinsii*: nemus *reliqui.* videntur *pr.h* 10. et *om. XA* 11. vixerunt *b* [11. 12. 13. 14. *collocant* $\mathfrak{P}$ *et Arondellianus Gronovii Observatt. I, 5. p. 41 sq.*: 11. 14. 13. 12. *reliqui.*] 13. solus *PXAabhpsw* necturnum *φ* Pana] fronde *m* 14. latuit *Pzφμκα*: placuit *reliqui.* 15. comessatore *Cbchlzφμκα*: commessatore *O*: commissatore *P* 15. 16. Utque oluere — Crevit ab adfuso *vel* effuso *Heinsius Adversariis p.* 96. lectior *s*: latior *Scaliger et Scriverius.* 17. Externisque *hsλ*: Exteriusque *aw* rubes *A* deiecta $\mathfrak{P}$: delecta *reliqui*: detecta *Gruterus*: defecta *vel* repleta *Heinsius Adversariis p.* 235.: desecta — coloni Quasque — rosis *Withoffius.* 18. Quasque *aswℜ* seras *margo c* 19. dei *XAp* 21. Perpetuo *Xl* spectare *c*

LXII.

Tinctis murice vestibus quod omni
Et nocte utitur et die Philaenis,
Non est ambitiosa nec superba:
Delectatur odore, non colore.

LXIII.

Ad cenam invitant omnes te, Phoebe, cinaedi.
Mentula quem pascit, non, puto, purus homo est.

LXIV.

Herculis in magni vultus descendere Caesar
Dignatus Latiae dat nova templa viae,
Qua Triviae nemorosa petit dum regna viator,
Octavum domina marmor ab urbe legit.
Ante colebatis votis et sanguine largo
Maiorem Alciden: nunc minor ipse colit.
Hunc magnas rogat alter opes, rogat alter honores;
Illi securus vota minora facit.

LXV.

Alcide, Latio nunc agnoscende tonanti,
Postquam pulchra dei Caesaris ora geris,

LXII, 3. non superba: LXIV, 5. colebatur — largo:

LXII. De Philaeni *X*. 2. et die utitur *b* Phileni *s* 3. Nunc *G* 4. odorem *P* olere non calere *X*

LXIII. Ad Phoebum *X*. 1. te omnes *A*: omnis te *w* 2. poscit *C* nunc *G* es *b*

LXIV. De statua Domitiani *O*: *in XACbh confusum cum LXIII.* 1. vultum *hlp* discendere *s* 2. Diguatur *AG* Datiae *XAC*: Daice *G* [*Post hunc versum φ folio amisso deficit usque ad LXXI*, 6.] 3. Qua driviae *C et pr.h* regna] templa *cl* 4. Octavium *X* [*Post hunc versum novum Epigramma*, (Ad Herculem *ez* Laus Herculis *asw*, De eadem statua *Oμx*) *ordiuntur Oabchswzμx.*] 5. colebaris *v et corr.h*: celebraris votisque et *l*: colebatur *zφ* largo] lares *b* 6. Alcidem *GObhwμx* igne ipse *l*: ipsa *v*: iste *aswμxα* 7. Nunc *AGcl*

LXV. Ad Herculem de eadem statua *O*: *in XACG cum LXIV. conflatum.* 1. nunc] non *m* 2. lucra di *G* ore *O* regea *XACG*: legea *sw*

Si tibi tunc isti vultus habitusque fuissent,
Cesserunt manibus cum fera monstra tuis:
Argolico famulum non te servire tyranno
Vidissent gentes saevaque regna pati,
Sed tu iussisses Eurysthea, nec tibi fallax
Portasset Nessi perfida dona Lichas.
Oetaei sine legi rogi securus adisses
Astra patris summi, quae tibi poena dedit;
Lydia nec dominae traxisses pensa superbae,
Nec Styga vidisses Tartareumque canem.
Nunc tibi Iuno favet, nunc te tua diligit Hebe;
Nunc te si videat Nympha, remittet Hylan.

LXVI.

Uxor cum tibi sit formosa, pudica, puella,
Quo tibi natorum iura, Fabulle, trium?
Quod petis a nostro supplex dominoque deoque,
Tu dabis ipse tibi, si potes arrigere.

LXVII.

Lascivam tota possedi nocte puellam,
Cuius nequitias vincere nemo potest.
Fessus mille modis illud puerile poposci:

LXVII, 2. nulla potest.

---

3. nnne *cz* vultusque *l*: cultus *Iunianae.* fuisset *XA* 4. confera *X* 6. seaevaque *l* 7. vicisses *Oz et margo a*: risisses *Roius.* Euristia *O*: Eurnsthea *P*: Eurystei *Gryphianae*: Eurystheo *Gronovius.* 8. Nessi] Nesi *μxa*: nec si *XAG*: neo sie *abchsw*: manibus *lp* Licas *O* 9. Oetai *X*: Ceti *G*: Oetaeis *l*: Oetae sie siue *C* rogis *Xl*: regis *G* adesses *C* 10. poena tibi *XA* 13. Iuno] vino *X* 14. si te *X* Ylau *P*: Hylam *XAμ*: Hilam *GObhsw*

LXVI. * Ad Fabullam *TX.* 1. formousa *T* 2. Qnod *Oabsw*: Qui *T*: Qnid *μxa*: Qno *cum reliquis* ΣΨ. fabule torum *T'* 3. Qnodque petas *l* au uostro *G*: nostro (*om.* a) *Al*: averso *cz et Vossianus Burmanni in Propert. I*, 1, 8.: adverso *abmwk et Vossianus alter.* 4. non petes arrige *G*

LXVII. * De puella luxuriosa *T*: Ad Aeseilam *X.* 1. toto *X* 2. nequitiam *m* nulla potest ΣΨ (? nemo *P*) 3. istud *c*

Ante preces totas primaque verba dedit.
Improbius quiddam ridensque rubensque rogavi:
Pollicita est nulla luxuriosa mora.
Sed mihi pura fuit; tibi non erit, Aeschyle: si vis,
Accipe et hoc munus condicione mala.

LXVIII.

Quid tibi nobiscum est, ludi scelerate magister,
Invisum pueris virginibusque caput?
Nondum cristati rupere silentia galli:
Murmure iam saevo verberibusque tonas.
Tam grave percussis incudibus aera resultant,
Causidico medium cum faber aptat equum:
Mitior in magno clamor furit amphitheatro,
Vincenti parmae cum sua turba favet.
Vicini somnum non tota nocte rogamus:
Nam vigilare leve est, pervigilare grave est.
Discipulos dimitte tuos. Vis, garrule, quantum
Accipis ut clames, accipere ut taceas?

LXIX.

Cum futuis, Polycharme, soles in fine cacare.
Cum paedicaris, quid, Polycharme, facis?

LXVIII, 6. Caussidicum medio cum faber aptat equo. 10. grave. LXIX, 1. 2. Polycarme

---

4. ipsaque verba *hl* 5. Inproprius *X* ridens rubeusque *s*: rubensque *om. P* rogavit *P*: poposci *Oabhmw* 6. iuxoriosa *TX* [7. 8. *om. T.*] 7. Aescile *X* 8. et *om. XAG*: Accipere hoc *bhlm* (*teste Grutero*) *z*Ψ

LXVIII. * Ad ludi carrulum magistrum *T*: Ad garrulum *X*. 4. tam *O* acuevo *l* tonos *A*: sonas *Pbelmz* 6. Causidico medium cum faver eptat aequum *T*: Causidicum (Causadicum *X*) medio (medicum *s*: medico *Pbmz*) cum faber (faver *A*) aptat (aptet *abmsw*) equo (equum *ms*) *reliqui*. 7. Mitior] Et minor *O* 7. fuit *abcsw*: fit *z* 8. per armae *T*: parmam *lp et pr.h*: palmam *corr.h*: Parmae *λ* 9. Vicino *T* 10. leve est] grave est *C* grave est *TACPabchlmw*: grave *reliqui*. 11. permitte *COabcmswz*: mitte *P* vir garrule tantum *T*

LXIX. Ad Polycarmum *X*. 1. 2. Policharme *X*: Polycarme *vel* Policarme *reliqui*. *Correxi*. in fine aoles Polycarme *G* 2. paedicares *AG*

LXX.

Dixerat „o mores! o tempora!“ Tullius olim,
Sacrilegum strueret cum Catilina nefas,
Cum gener atque socer diris concurreret armis
Maestaque civili caede maderet humus.
Cur nunc „o mores!“ cur nunc „o tempora!“ dicis?
Quod tibi non placeat, Caeciliane, quid est?
Nulla ducum feritas, nulla est insania ferri;
Pace frui certa laetitiaque licet.
Non nostri faciunt, tibi quod tua tempora sordent,
Sed faciunt mores, Caeciliane, tui.

LXXI.

Massyli leo fama iugi pecorisque maritus
Lanigeri mirum qua coiere fide.
Ipse licet videas, cavea stabulantur in una
Et pariter socias carpit uterque dapes.
Nec fetu nemorum gaudent nec mitibus herbis,
Concordem satiat sed rudis agna famem.
Quid meruit terror Nemees, quid portitor Helles,
Ut niteant celsi lucida signa poli?

LXX, 6. 10. Maeciliane, 9. tua quod tibi
LXXI, 7. proditor

LXX. * Ad Caecilianum *TX*. 1. o — o] eum — eum *pr.G* 2. Cathelina nephas *G* 3. Cur *s* 4. maneret *T* 5. Quor non — non *w* 6. Maeciliane *P* quid est] quidem *T* 7. ducum] dum *T* 8. Pace] Parte *pr.G*: Parta *X* 9. Nunc *G* tua quod tibi *P et Iunianae.* 10. Maeciliane *P*

LXXI. * De leone et ariete *TX*. [*In P cum LXX. conflatum.*] 1. Maxilli *b* pecorique *XAl* 2. mirum qua coiere (coire *T*) fide *TOzφ et margo Gryphii*: miram composuere fidem *codex Wassii Sallust. Index s. v.* componere: qua posuere fide (fidem *l*) *reliqui.* 3. eabea *A* tabulantur *X*: stabulentur *G*: cavea ut stabulentur *Heinsius.* 4. earpat *G*: carpis *A* 5. nemori *O* 6. sotiat *AGU*: sotiant *l* agnata *pr.A* famem *Thφ et corr.a*: feram *reliqui.* Concordes — feras *Heinsius.* 7. Nemoes *XCabw*: Nemeaa *A*: Nemeae *zλ*: Nemeos *pr.h* potitor *Xφ*: portior *O*: proditor φ: portitor *reliqui cum „plurimis MSS.“ Scriverii, codice Wassii l. o. et λ.* Elles *X* 8. niteat *bsw* celi *C*

Sidera si possent pecudesque feraeque mereri,
Hic aries astris, hic leo dignus erat.

LXXII.

Liber, Amyclaea frontem vittate corona,
Qui quatis Ausonia verbera Graia manu,
Clusa mihi texto cum prandia vimine mittas,
Cur comitata dapes nulla lagona venit?
Atqui digna tuo si nomine munera ferres,
Scis, puto, debuerint quae mihi dona dari.

LXXIII.

Dentibus antiquas solitus producere pelles
Et mordere luto putre vetusque solum,
Praenestina tenes decepti rura patroni,
In quibus indignor si tibi cella fuit:
Rumpis et ardenti madidus crystalla Falerno
Et pruris domini cum Ganymede tui.
At me litterulas stulti docuere parentes:
Quid cum grammaticis rhetoribusque mihi?

LXXII, 2. Ausonio 4. lagena LXXIII, 3. regna

---

9. possint, *corr.* possent, *T* ferreque *T* 10. Hi si aries *A* dignerat *T* („*Sed videtur fuisse supra* n *sigla litterarum* us" *Boissonadius.*)

LXXII. Ad Liberum simeum *O*: *in XAC cum LXXI. conflatum.* 1. frontemque *AG*: fronte *bmp* vittante *bclφ et pr.h*: vittae *X*: vitante *amsw*: vietante *margo a*: redimite *μxa*: vittate *reliqui cum* ΣΨ *et Arondelliano.* 2. tergora *Heinsius.* grata *bhmswμn* mana *z* 3. Clausa *plerique.* testo *XGλ et pr.h* 4. lagona *XACPz*: legena *Gs*: lagena *reliqui.* 5. Atquin *XA*: At quod *bc* 6. Scis mihi debueris quae mihi dona dare *e*: debuerit — dares *b* qusm mihi *p*

LXXIII. * De sutore *TX.* [*Collatus est parisinus* 8284.] 1. Gentibus *p* 2. litto *b* 3. Penestrina *s* decepti rura *T*: decepti regna *zΨ*: defuncti (defuncta *X*) rura (regna *w*) *reliqui.* 4. indigenae vix modo *vel* indigno vix tibi *Heinsius*: Indignum *Roius.* sells *Gryphianae.* 5. ardente *XACG* 6. puris *AG* animede *G* 7. stulti] vani *e* 8. rectoribus *X*: rethoricisque *Gs* mihi] meis *XACGhp et pr.l*

Frange leves calamos et scinde, Thalia, libellos,
Si dare sutori calceus ista potest.

LXXIV.

Effigiem tantum pueri pictura Camoni
Servat, et infantis parva figura manet.
Florentes nulla signavit imagine vultus,
Dum timet ora pius muta videre pater.

LXXV.

Non silice duro structilive caemento,
Nec latere cocto, quo Semiramis longam
Babylona cinxit, Tucca balneum fecit:
Sed strage nemorum pineaque compage,
Ut navigare Tucca balneo possit.
Idem beatas lautus extruit thermas
De marmore omni, quod Carystos invenit,
Quod Phrygia Synnas, Afra quod Nomas mittit
Et quod virenti fonte lavit Eurotas.
Sed ligna desunt: subice balneum thermis.

LXXIV, 1. prima LXXV, 8. Synas misit

---

9. leves] miser *zφ* 10. Fidare sutori *T*: Si dare sutoris *G*: Sitaresutor *X*: Si dare quae sutor ℵ illa *parisinus* 8284.

LXXIV. * De Camone puero *X*: *nullum lemma T, in quo tamen teste Heinsio*: De Gamonio puero. 1. pueri tantum *POμκα* Camomi *Oa*: Gamoni *T*: Camonis *C* 2. prima *Pzμκα*: parua *O*: parva *reliqui cum* ℵ *et Arondelliano. Vide LXXVI*, 2. manet] manus *T*, *quod probabat Heinsius in Ovid. Heroidd. IX*, 86., infantes — manus *malebat Adversariis p.* 76. 4. pater] puer *b*

LXXV. De balneo Tuccae *X*. 1. silici *XACG*: scilice *P* structulive *Xμκ*: structa livi *A*: strictum vili *G* 2. Non *c* excocto *O*: octo *s* Semyramis *O*: Sameramis *XA*: quod umera ramis longum *G* 3. auxit *s* facit *Oaw* 4. strago *X* 5. balneum *C* posset *h* 6. beatus *h* 7. Chsristos *Pφ*: caritas *s*: Carystos e venis *vel* Carystides venae *Heinsius Adversariis p.* 365. 8. Frigia *Xb* Symnas *φ*: Sinnas *O*: sumas ℬ: Sinas *λ*: sive *abchswμκ*: Synnss *reliqui cum* ℵ. Novias *bℬ et pr.h* amittit *G*: misit *P* 9. virente *XC* fronte *bℬλ* Euroras *P*: Erotas *XG* 10. Si *Gp*ℵ digna *φ* desiunt *X* subiice *bzφμκα*: subice *cum reliquis* ℜ.

LXXVI.

Haec sunt illa mei quae cernitis ora Camoni,
Haec pueri facies primaque forma fuit.
Creverat hic vultus bis denis fortior annis
Gaudebatque suas pingere barba genas,
Et libata semel summos modo purpura cultros
Sparserat. Invidit de tribus una soror
Et festinatis incidit stamina pensis,
Absentemque patri rettulit urna rogum.
Sed ne sola tamen puerum pictura loquatur,
Haec erit in chartis maior imago meis.

LXXVII.

Quod optimum sit disputat convivium
Facunda Prisci pagina,
Et multa dulci, multa sublimi refert,
Sed cuncta docto pectore.
Quod optimum sit quaeritis convivium?
In quo choraules non erit.

LXXVIII.

Funera post septem nupsit tibi Galla virorum,
Picentine: sequi vult, puto, Galla viros.

LXXVII, 6. In quod — venit.

LXXVI. De Camonio *X*. 1. Camomi *Oa* 2. formaque prima *c*: trimaque forma *Heinsius*. 4. tingere *s*: cingere *Pabh muvzφ* baba *G* gena *b* 5. sumos *P* cultus *abhlswzφμκα*: vultus *c*: cultros *ϑ cum reliquis*. Delibata — Raserat *Heinsius in Ovid. Amorr. III*, 15, 2. 6. e tribus *l* 8. vina *b* 9. Sed ne (non *λ*) sublatum puerum *Oabchmpswλϑ et corr.l* 10. erat *G*.

LXXVII. Quale velit esse convivium *X*. 2. Facundi *p et pr.h* prisca *XACGabclpswφ et pr.h* fabula, *corr.* pagina, *z* 3. Quod *c* multi *XA* dulcius *l*: dici *μκ* et multa *b* sublimi] facundo *c* 4. Et cuncta *c*: Et multa *φ* 5. optimus *X* quaerit *s* 6. In quo *XACGzφℵ et codices Scriverii*: In quod *reliqui cum P*. coraules *O aliique*: curuales *b* non erit *CPzφℵ et codices Scriverii*: noverit *XA*: noveritis *G*: non venit *reliqui*.

LXXVIII. Ad Plicentinum de Gallia *X*. 1. Munera *C* nupsisti *XCGabclsw*: nubsisti *A* 2. viris *l*

LXXIX.

Oderat ante ducum famulos turbamque priorem
Et Palatinum Roma supercilium:
At nunc tantus amor cunctis, Auguste, tuorum est,
Ut sit cuique suae cura secunda domus.
Tam placidae mentes, tanta est reverentia nostri,
Tam pacata quies, tantus in ore pudor.
Nemo suos — haec est aulae natura potentis —
Sed domini mores Caesarianus habet.

LXXX.

Duxerat esuriens locupletem pauper anumque:
Uxorem pascit Gellius et futuit.

LXXXI.

Lector et auditor nostros probat, Aule, libellos,
Sed quidam exactos esse poeta negat.
Non nimium curo: nam cenae fercula nostrae
Malim convivis quam placuisse cocis.

LXXXII.

Dixerat astrologus periturum te cito, Munna:

LXXIX, 1. priorum 3. tuorum, 5. vestri, LXXX, 1. 2. anumque Uxorem: LXXXI, 1. Aucte

---

LXXIX. * Ad Caesarem *TX*. 1. Opera tante *XAG* famulum *s* minerem *Oabchmswμxa*: prierem *reliqui cum* ϰϑ *et duobus Scriverii. Vide Gronov. Diatr. I, p.* 382. *Hand.* 3. tuerum est *Pz*ϐ *et Gryphianae*: tuorum *reliqui.* 4. quaeque *XACG* tuae *abchmswzφ* secunda *T* 5. Iam *P* mentis ϰ vestri ϰ *et „quidam scripti" Scriverii.* 6. placata *G*: pagana *XA* tatus *T*: tanta *s* [7. 8. *affert D.*] 8. demino *X* Caesaris omnis habet *G*

LXXX. De Gellio *X*. 1. exuriens *bh* pauperque *P*

LXXXI. * Ad Aulum *TX*. 1. aure *P*: Aucte *Scriverius.* libelle *l* 3. Nunc *G*: Nec *l* coro *T* [3. 4. *apponit D*: Ego cene — coquis.] 4. Mallem *Pφ*: Male *D* coquis *Dbczφ*

LXXXII. * Ad Munnam *T*: Ad Munnam *X*. 1. Munna *XACGbchmwzφ*ϑ: Munnam *T*: Numma *as*: Numa *h*ϐ: Nunna ϰ: Cinna *Oμxa*

Nec, puto, mentitus dixerat ille tibi.
Nam tu dum metuis, ne quid post fata relinquas,
Hausisti patrias luxuriosus opes,
Bisque tuum decies non toto tabuit anno:
Dic mihi, non hoc est, Munna, perire cito?

LXXXIII.

Inter tanta tuae miracula, Caesar, harenae,
Quae vincit veterum munera clara ducum,
Multum oculi, sed plus aures debere fatentur
Se tibi, quod spectant qui recitare solent.

LXXXIV.

Cum tua sacrilegos contra, Norbane, furores
Staret pro domino Caesare sancta fides,
Haec ego Pieria ludebam tutus in umbra,
Ille tuae cultor notus amicitiae.
Me tibi Vindelicis Raetus narrabat in oris,
Nescia nec nostri nominis Arctos erat.
XXX. De Apollinare X. 1. O temperante *PXAe*: O temperantes *l*: Io temperate *w*: Lo temperate *s*: Obtemperante *b* 3. fessis *corr.a* exnis *h* 4. iocis *XAC* 6. Algidosve] algido suae *A*: algidos *h* 7. nec siccantium quae *P* Antiumve *hμκα*: Antium *Os*: Autrum *w*: Antumique 𝔅: Antiumque *reliqui.* mirantur *abchlwφ* 8. Cirte *X* dare ianisve (lanisve *A*) Csleta *XAC*: dare iauive (iamve *sw*) Caleta (Caieta *h*, eelata *e*) *bchsw*: darelsmque taieti *l*: Dardana ve Caieta *O* 9. Desideratur *zφ* Lyris *OPφ* 10. lucerna *XA* tota *X*: loca *bhpωμκα*: loto *A* Salmagis *XA* venena *X* 11. levi *Aabhwφ* 12. vina *Xbw*: una *h* vivas et *P* 13. Pieton *O* phasellon *φ*: phaseon *XA* ferst *φ*: ferrat *z*: fere *pr.h*: fera *absw et corr.h* aurea *e* 14. puelae *O* agitantis *XAC*: algentis *amw* 15. Muta *XCabcw*: Multa *μκα*: Mota *cum reliquis* 𝔅𝔓*m*. 16. sneta *cz*: suetam *CbipwB*: suctam *s* longum *be* mare praeda *XA* 17. cubielo *Iunianae*: cubilo *pr.h*: cubili 𝔓: cubiculo *reliqui.* 18. liuea *b* 20. Rideus *a*: Ridet *cum reliquis* 𝔄𝔓*m*. tuta de suo 𝔓: tuta de suae *XA*: tuta de sua *COabhlswμκα*: tutus e (et *e*) sue *czφ*

Piscina rhombum pascit et lupos vernas,
Natat ad magistrum delicata muraena;
Nomenculator mugilem citat notum
Et adesse iussi prodeunt senes mulli.
Frui sed istis quando, Roma, permittis?
Quot Formianos imputat dies annus
Negotiosis rebus urbis haerenti?
O ianitores vilicique felices!
Dominis parantur ista, serviunt vobis.

XXXI.

Addixti servum nummis here mille ducentis,
Ut bene cenares, Calliodore, semel.
Nec bene cenasti: mullus tibi quattuor emptus
Librarum cenae pompa caputque fuit.
Exclamare libet: „Non est hic, improbe, non est
Piscis: homo est; hominem, Calliodore, comes.“

XXXII.

Haec mihi quae colitur violis pictura rosisque,
Quos referat vultus, Caediciane, rogas?

XXXI, 1. trecentis 6. voras. XXXII, 2. Caeditiane,

---

21. rumbum *Obs*: rhombos *ehlzφ* lupus *XA*: lupi *C* vernas *s* 22. Nitat *s* munera *Aμκ* 23. Nomenculator *OPzφλμκα*: Nomen datori *pnwB*: Nomenclatori *reliqui*. votum *b*: nothum *P* 24. prosiliunt *l* muli *φ*: nulli *μκ* 25. permittis *XACO hlμκα*: permittit *cum reliquis mP*. 26. Quod *Xbswφμ*: Quin *AB* Formianus *s* annos *m*: annis *pr.P* 27. Negotiosus *abw*: Negotiosae *Hzinsius*. 28. ianitores *w*: vinitores *zφλμκα*: ianitores *cum reliquis codices Scriverii*, *PB et Scriverii „editio princeps.“* 29. parantur nobis sed serviunt nobis *l* nobis *csw*

XXXI. * Ad Galliodorum *T*: Ad Calliodorum *X*. 1. Addixti *AawzφμκλlP*: Addixi *T*: Addixisti *XC*: Addisti *bhα*: Abdisti *OB*: Edisti *c*: Vendidisti *l*: Vendisti *s* ere *T*: aere *h* ducentis *TXACOhlμκα*: tricentis *s*: trecentis *reliqui cum P*. 2. semet *T* 3. Non *CμX* mulus *φ*: nullus *O* emptis *T* 4. pompa cenae *h* 5. hoc *Oaswμκα*: hic *cum reliquis P*. 6. Callidorae *φ* comes *TXACX*, *margo Gryphii et Beverlandi M*: cenes *l*: coenas *pB*: voras *reliqui cum P*.

XXXII. Ad Caedicianum *X*. 1. paturn *X* 2. referet *b* Caecidiane *sX*: Caeciliane *Obelzφμκα*: Caediciane *cum reliquis P*. rogat *s*

Talis erat Marcus mediis Antonius annis
Primus: in hoc iuvenem se videt ore senex.
Ars, utinam mores animumque effingere posses!
Pulchrior in terris nulla tabella foret.

XXXIII.

Simplicior priscis, Munati Galle, Sabinis,
Cecropium superas qui bonitate senem,
Sic tibi consoceri claros retinere penates
Perpetua natae det face casta Venus:
Ut tu, si viridi tinctos aerugine versus
Forte malus livor dixerit esse meos,
Ut facis, a nobis abigas, nec stringere quenquam
Talia contendas carmina, qui legitur.
Hunc servare modum nostri novere libelli,
Parcere personis, dicere de vitiis.

XXXIV.

Di tibi dent quidquid, Caesar Traiane, mereris
Et rata perpetuo quae tribuere velint,
Qui sua restituis spoliato iura patrono;
Libertis exul non erit ille suis.

---

5. posset! XXXIII, 7. scribere XXXIV, 3. restituit

---

3. Marchus *P et, ut videtur*, φ armis *l* 4. vidit *hp* 5. posses *Ohμκ*: possis *XACablwα*: posset *cszφ*𝔓 *et margo Gryphii*: possit „*ceteri*" *Gruteri*.

XXXIII. Ad Munatium Gallum *X*. 1. Numati *aczφ*: Mumati *b*: Numaci *μκα*: Munati *reliqui cum tribus Gruteri* (*P*). Salinus *b* 3. cumsoceri *Oobswμκα*: cum soceris *h*: cum socero *clzφ*: consoceri *cum reliquis* 𝔄𝔓. 4. Perpetuam *P* castra *P* 5. si videri *A* 6. levior *b*: lector *XACOohlpsw*𝔅 dixeris *hl* 7. Ut facias a nobis *A*: Ut facias nobis *XCb*: Quod facis *Heinsius in Ovid. Pont. II*, 7, 33. stringere *XClpφ*𝔄𝔅: strinxere *A*: scribere *reliqui cum P*. 8. carmina] talia *e*

XXXIV. Ad Caesarem Traianum *X*. 1. Dii *Obhsw* quicquid Caesar Traiane *C*𝔓 (? *non P*): quicquid Traiane *XA*: quicquid vel tu Traiane *l*: princeps quicquid Traiane *c*: et tu quicquid Traiane *h*: quicquid princeps Traiane *reliqui cum P*: *an* Di tibi, Di tibi dent? 3. Qui tua restituis *Al*: Qui taures ut vis *X*: Cui sua *Roius*. restituis] rusticius *c* iura *om. A*: quando spoliato patrono *l* [3. 4. *om. C.*] paterno *pr.c* 4. nunc erit *z*

Dignus es, ut possis totum servare clientem:
Ut — liceat tantum vera probare — potes.

XXXV.

Omnes Sulpiciam legant puellae,
Uni quae cupiunt viro placere;
Omnes Sulpiciam legant mariti,
Uni qui cupiunt placere nuptae.
Non haec Colchidos asserit furorem,
Diri prandia nec refert Thyestae;
Scyllam, Byblida nec fuisse credit,
Sed castos docet et probos amores,
Lusus, delicias facetiasque.
Cuius carmina qui bene aestimarit,
Nullam dixerit esse sanctiorem,
Nullam dixerit esse nequiorem.
Tales Egeriae iocos fuisse
Udo crediderim Numae sub antro.
Hac condiscipula vel hac magistra
Esses doctior et pudica, Sappho:

---

6. Et XXXV, 1. 3. 18. Sulpitiam 8. et pios amores, 11. nequiorem, 12. sanctiorem. 13. Aegeriae

---

5. tutum *m*: tortum *Scaliger in Virgil. Moret.* 32. servire *P*
6. Et *Scriverius*: Da *vel* Fac *Heinsius. Ante Scriverium interpungebatur* Ut liceat tantum; vera probare potes.

XXXV. De Sulpicia *X*. 1. legunt *l* [3. 4. Omnes — placere *em. C.*] 4. qui *em. A*: quae *b* 5. [*Om. b.*] Non hoc *X* furores *elmzφ* 6. Duri *zφ*: Dari *h* Thistee *X*: histec *A* 7. Syllam *Ohμx*: Scyllas *Heinsius.* Hyblida *X*: libida *w* 8. deceret *A* et prebos ameres *lB*: et probos amices *XAC*: et pios ameres *reliqui.* 10. extimarit *Ohsμx*: existimarit *bel*: aestimavit *pr.P*: aestimaret *C* [11. 12. *om. l*: *selum* 12. *om. Oμxa*, *solum* 11. *ACabchmpswzlφ et duo scripti Scriveril*: utrumque habent *XΨ et Florentinus Scriverii. Secutus sum X, nam Ψ et Florentinus invertunt* nequlerem *et* sanctierem.] 11. dixerint *φ* 13. Aegregiae *A*: Egregiae *XCbcsw* locea *X* 14. Ullo *l*: Unde *abcsw* credimus *B* Numae] nunode *C*: nudo da *XA*: nudo *asw* 15. Hae *A*: Haec *X* cum discipula *acwzφB et corr.h*: cum disciplina *b et pr.h* vel hane *X* 16. Esses *COsμnaΨ*: Esset *reliqui cum „tribus Scriverii“ et m.* Sapho *P*

Sed tecum pariter simulque visam
Durus Sulpiciam Phaon amarat.
Frustra: namque ea nec tonantis uxor,
Nec Bacchi, nec Apollinis puella
Erepto sibi viveret Caleno.

XXXVI.

Improba Massiliae quidquid fumaria cogunt,
Accipit aetatem quisquis ab igne cadus,
A te, Munna, venit: miseris tu mittis amicis
Per freta, per longas toxica vina vias.
Nec facili pretio, sed quo contenta Falerni
Testa sit aut cellis Setia cara suis.
Non venias quare tam longo tempore Romam,
Haec puto causa tibi est, ne tua vina bibas.

XXXVII.

Iuris et aequarum cultor sanctissime legum,
Veridico Latium qui regis ore forum,
Municipi, Materne, tuo veterique sodali
Callaïcum mandas si quid ad Oceanum,

---

18. amaret. XXXVI, 4. toxica saeva

---

17. secum *m* 18. Phaon] Pean *abclpswℬ et corr.h*: Paeam *pr.h* amarat *XACabchμκ*: amarit *l*: amaret *reliqui cum P.* 20. Non *Oμκα*: Nec *reliqui cum 𝔓m.* Bachi *Pφ*: Bacchis *XAC* puellae *P* 21. videret *XA*

XXXVI. * Ad Munnam *TX*: Ad Nunnam *𝔄*: Ad Numam *h.* [1—6. *om. T.*] 1. Massilum *h* quodquid *X* colunt *hlpℬ*: condunt *margo h*: colant *Beverlandus.* 3. Ad te *cl* Mumma *a*: Nunna *𝔄*: Munda *m* tu] cum *h* 4. toxica (tosica *s*) vina vias (suas *pr.A*: suis *X*) *XAClsℵD*: toxica plena vias *Gruteri tertius*: toxica texta *margo Iuntinae Lemairii*: toxica saeva (scaeva *φ*) vias *reliqui cum P.* 5. Nec] Haec *φ* contecta *XC* 6. sit] fiat *h*: sint aucellis *XA* Setia] Seria *abcwμκ*: tecta *AChpℬ*: recta *X*: Massica *l* caria *C*: cura *X*: carina *hpℬ* 7. venies *O* 8. tibi] tua *XA*: via *C*: *om. l*: est causa puto *ℬ* nec tua *Xb*: fetida *margo Iuntinae Lemairii.*

XXXVII. Ad Paternum iuris peritum *X.* [*Hoc et sequens Epigr. exhibet codex W.*] 2. viridi *pr.A* legis *a* 3. Municipii *X*: Nuncapi *s* ceterique *X* 4. Calliacum *l*: Galliacum *pr.h*: Gallicum *p* mandans *asw* ecquid *ℬ et Heinsius*: numquid *Gruterus. Vide Gronov. Diatr. I*, p. 456. *Hand.*

An Laurentino turpes in litore ranas
Et satius tenues ducere credis acos,
Ad sua captivum quam saxa remittere mullum,
Visus erit libris qui minor esse tribus?
Et fatuam summa cenare pelorida mensa
Quodque tegit levi cortice concha brevis,
Ostrea Baianis quam non liventia testis,
Quae domino pueri non prohibente vorent?
Hic olidam clamosus ages in retia vulpem
Mordebitque tuos sordida praeda canes.
Illic piscoso modo vix educta profundo
Impedient lepores humida lina meos. —
Dum loquor, ecce redit sporta piscator inani,
Venator capta maele superbus adest.
Omnis ab urbano venit ad mare cena macello.
Callaïcum mandas si quid ad Oceanum.

XXXVIII.

O molles tibi quindecim, Calene,
Quos cum Sulpicia tua iugales

XXXVII, 9. fatuum 10. Quosque 12. pueri domino 18. mele XXXVIII, 2. Sulpitia

---

5. turpis *W*: turpe sit litore *e* 6. Ad satius *Xp*: Ac satius? teneros *hlp* cerdis *A* acus *PW𝔄* 7. captivos *XAC* mulsum *O*: mulom *φ* 8. qui] si *Heinsius.* minos *Waeswzφ* 9. fatuum *acmswzφ𝔓* summa] musa *s* 10. Quodqoe *O*: Quoque *XAp*: Quosque *reliqui.* legit *XAl* tineta levis *pr.h* 11. Hostrea *A* quam nou] qusoqoam *hp* non libeotia *XPW*: non luceotia *C*: non lugentia *e*: conniveotia *Heinsius.* 12. pueri domino *Scriverius.* vocent *l* 13. Colchidam *Xp*: Cholchidam *pr.A*: Colchidicam *C𝔅* sgas *s* volpem *W* 15. piscosio *X* nix *l* subdocta *Heinsius.* 16. umida *XAW* vina *h* 17. venit *PW* portat *𝔄*: porta *e* 18. capto *W𝔓*: capta *reliqui.* maele „*vetustissimus codex membranaceus*“ *Scriverii ad X*, 104, 14., *Salmasius*, *Rutgersius*, *Grotius Syllog. Epistt. II*, p. 386.: mele *P et corr.x*: male *W𝔓* (?) *et liber Scriverii*: meate *XA et liber Scriverii alius*: matce *s*: marte *Oμα et pr.x*: matre *reliqui cum m𝔅*, *plerisque membranis et editione principe Scriverii.* 19. veoit mea *𝔄* cena] praeda *zφ* marcello *w*: matello *e*: macelli *XA et corr.C*: libelli *pr.C*: flagello *pr.h* 20. Gallsicum *O*: Galliacam *pr.h*: Gallicum *p*: Collaicum *w*: Colloicum *s* mandaus *h* et quid *O*: ecquid *𝔅*: num quid *Gruterus.*

XXXVIII. Ad Calenum de Sulpicia uxore *X.*

Indulsit deus et peregit annos!
O nox omnis et hora, quae notata est
Caris litoris Indici lapillis!
O quae praelia, quas utrinque pugnas
Felix lectulus et lucerna vidit
Nimbis ebria Nicerotianis!
Vixisti tribus, o Calene, lustris.
Aetas haec tibi tota computatur
Et solos numeras dies mariti.
Ex illis tibi si diu rogatam
Lucem redderet Atropos vel unam,
Malles, quam Pyliam quater senectam.

XXXIX.

Consule te Bruto quod iuras, Lesbia, natam,
Mentiris. Nata es, Lesbia, rege Numa:
Sic quoque mentiris. Namque, ut tua saecula narrant,
Ficta Prometheo diceris esse luto.

XL.

Semper cum mihi diceretur esse
Secreto mea Polla cum cinaedo,
Irrupi, Lupe. Non erat cinaedus.

XXXIX, 1. quid iuras, Lesbia natam? 2. Numa? 3. saecula noris,

---

4. quae] quot *Heinsius.* 5. litoris Indicis lapillis *Ac:* litoris Indicis et lapillis *X:* litoris et Indicis lapillis *PW:* Indicis (*om.* litoris) lapillis *C* 8. Nimbris *X* ebria] nebula *l* Nicerontianis *l:* Niceronianis *awzφ et pr.h:* Niceromanis *s* 11. solus *APW* numeros *z* amariti *A:* maritos *Heinsius.* 12. togatam *asw* 13. Adtropos *X:* Antropos *abw:* anthropos *h* Atroposve (atropisve *P*) lunam *PW*

XXXIX. * Ad Lesbiam *TX.* 1. quod *Tp:* quid *reliqui. Aliter dispunxi.* 2. Numa] mutia *b* 3. narrent *sℵ:* narres *XAClpℬ et „membranae plures et meliores" Scriverii:* nam qui tua saecula narrant *P et „alii scripti" Scriverii:* noris *Schmiederus.* 4. Prometheo] metheo *P*

XL. Ad Lupum de Polla *X.* 2. Secreta *μ* meo *A* 3. Iarupe *X*

XLI.

Mense novo Iani veterem, Proculeia, maritum
Deseris atque iubes res sibi habere suas.
Quid, rogo, quid factum est? subiti quae causa doloris?
Nil mihi respondes? Dicam ego, praetor erat.
Constatura fuit Megalensis purpura centum
Milibus, ut nimium munera parca dares,
Et populare sacrum bis milia dena tulisset.
Discidium non est hoc, Proculeia: lucrum est.

XLII.

Tam dubia est lanugo tibi, tam mollis, ut illam
Halitus et soles et levis aura terat.
Celantur simili ventura Cydonia lana,
Pollice virgineo quae spoliata nitent.
Fortius impressi quotiens tibi basia quinque,
Barbatus labris, Dindyme, fio tuis.

XLIII.

Septima iam, Phileros, tibi conditur uxor in agro.
Plus nulli, Phileros, quam tibi, reddit ager.

XLIV.

Quinte Caledonios Ovidi visure Britannos
Et viridem Tethyn Oceanumque patrem,

XLI. * De Proculeia *T*: Ad Proculeiam *X*. 1. Mensam novi *T* novo] uono *w*: quidem *l* Iani] iam *A* 3. Quid rogo o inquit quid *z*: Quod rogo quod *p* 4. respondis *T* erit *l* 5. Cum statura *A*: Constiture *corr.h* Megalesis *λ* 6. Militibus *T* parta *p*: parva *T* 7. bis *om. XA* 8. Dissidium *Ocl et Gryphianae.*

XLII. * Ad Didymum *T*: Ad Diudymum *X*. 1. Iam *l* dubio *T* 2. Alitus *OP* sole *φ* lenis *b*: mollis *l* 3. matura *Heinsius.* Cydonea *TXb* lanea *T* 5. impensi *T* bassia *T* quinque] quid quod *Heinsius.* 6. Didyme *φ*: Didime *Tz*: Dyudime *A* fictuis *X*

XLIII. * Ad Fileron *T*: De Philerote *X*. 1. Septima amphiloros *X* Fileros *T*, *non versu altero.*

XLIV. Ad Ovidium *X*. 1. Caiidonios *COhclzμx et pr.h*: Calydonios *φ*: Calidonio *XA* visure] sure *P* 2. Tethym *hμκ*: Thetin *AP*: Thetim *Obw*

Ergo Numae colles et Nomentana relinques
Otia, nec retinet rusque focusque senem?
Gaudia tu differs, at non et stamina differt
Atropos, atque omnis scribitur hora tibi.
Praestiteris caro — quis non hoc laudet? — amico,
Ut potior vita sit tibi sancta fides;
Sed reddare tuis tandem mansure Sabinis
Teque tuas numeres inter amicitias.

XLV.

Si quid lene mei dicunt et dulce libelli,
Si quid honorificum pagina blanda sonat,
Hoc tu pingue putas et costam rodere mavis,
Ilia Laurentis cum tibi demus apri.
Vaticana bibas, si delectaris aceto:
Non facit ad stomachum nostra lagona tuum.

XLVI.

Omnia vis belle, Matho, dicere. Dic aliquando
Et bene; dic neutrum; dic aliquando male.

XLVII.

Vitam quae faciant beatiorem,

XLV, 6. lagena XLVII, 1. faciunt

---

3. Momeotana *O*: Nomentaoa *z* relioquaa *XA*: relioqoia *lzϑ* 4. Otio *A* retineot *hl* [5. 6. *apponit D.*] 5. differt] differs *XAC* [*A versu 6. in XACφ novum Epigramma incipit*, „Ad Qointum," *quod tamen lemma non habet φ.*] 6. Aotopoa *w* scribitor] earpitur, labitor, nebitur *Heinsius.* 7. baec *e* hoe oon *Ph* 8. tibi facta (facta tibi *b*) *abmsw* [9. 10. *om. s.*] 9. reddere *Oachwzλ* 10. nomeras *h*

XLV. * Ad lectorem *T*: De libellis suis *X.* 1. beoe *csφ*: peoe *XAClpϑ*: molle *w et corr.a* 2. blando *X* 3. Noetu *T* Hoe liagoae potas *XA*: Hoe elingue potas *Chlpϑ*: Hoe languere putas *ϰ* tostam *ϰ*: qoos tam *X* reddere *e* mavi *XA* 4. Ilia *XA*: Illi *b* Laurenti *XA* eum tidemus *X* 6. lagona *TAPs*: logoena *X*: lagena *reliqui.*

XLVI. Ad Mathonem *X.*

XLVII. * Ad Marcialem filiom *T*: Ad Martialem de vita beatiore *X.* 1. faciant *TXAh*: faciuat *reliqui.* beatorom *T teste Heinsio*: ioeoodiorem *P*

Iucundissime Martialis, haec sunt:
Res non parta labore, sed relicta;
Non ingratus ager, focus perennis;
Lis nunquam, toga rara, mens quieta;
Vires ingenuae, salubre corpus;
Prudens simplicitas, pares amici;
Convictus facilis, sine arte mensa;
Nox non ebria, sed soluta curis;
Non tristis torus, et tamen pudicus;
Somnus, qui faciat breves tenebras:
Quod sis, esse velis nihilque malis;
Summum nec metuas diem, nec optes.

XLVIII.

Nunciat octavam Phariae sua turba iuvencae
Et pilata redit iamque subitque cohors.
Temperat haec thermas, nimio prior hora vapore
Halat et immodico sexta Nerone calet.
Stella, Nepos, Cani, Cerealis, Flacce, venitis!
Septem sigma capit; sex sumus, adde Lupum.

XLVIII, 3. nimios — vapores

---

2. Iocundissime *TOP*: Iocondissime φ [3. 4. om. *T.*] 4. perhennis *P* 5. quictas *T* 7. parcs — facilis om. *p* 8. Cuniunctus *O* facili *C* 10. at tamen *Oabcswzφμκα et parisinus* 8284.: sed tamen *Al:* et tamen *cum reliquis* ΩΨ. 12. Quid *h* sis] si *X* maius *Pczφ* 13. Summam *c:* Somuum *A* nectuas *T*

XLVIII. * De convivio suo *T*: Ad Flaccum de iucundo convivio *X*. [1—6. om. *T.*] 1. Nuntia *O* sua turnm *XA:* sua cura *C:* nstura *lpB* inventae φ 2. Et pileata *em et „deteriores" Gruteri*: Atque pilata *Scaliger.* rediit *b* 1. 2. *sic legit Heinsius Adversariis p.* 474 *sq.* „Nuntiat octavam Phariae sua turba iuvencae, Et pila iam, tereti iam subit orbe (*vel* aere) trochus." 3. bacc] boc *absw*: hic α nimio — vapure *XAChlpwΩ et corr.a:* nimios — vapores *reliqui.* 4. Alat *P*: Balat *bcw et pr.h:* Ballat *s*: Hac *l* in mudicu *O*: in medicu *P* scxte *x* 5. [*Om. C*: Nepus — Cerealis *am. p.*] Stellaui cepe alis flacce *XA* Cereali *l*: Cerislis *Pb* 6. signa *Aaclswλ et pr.h*: stigma *marga s*: summa *margo h* capis *vel* addu *Roius.*

Exoneraturas ventrem mihi vilica malvas
Attulit et varias, quas habet hortus, opes.
In quibus est lactuca sedens et tonsile porrum:
Nec deest ructatrix mentha nec herba salax.
Secta coronabunt rutatos ova lacertos
Et madidum thynni de sale sumen erit.
Gustus in his; una ponetur cenula mensa,
Haedus, inhumani raptus ab ore lupi,
Et quae non egeant ferro structoris ofellae,
Et faba fabrorum prototomique rudes.
Pullus ad haec cenisque tribus iam perna superstes
Addetur; saturis mitia poma dabo.
De Nomentana vinum sine fine lagona,
Quae bis Frontino consule prima fuit.
Accedunt sine felle ioci nec mane timenda
Libertas et nil quod tacuisse velis.

---

9. et sectile porrum: 19. sine faece lagena, 20. plena fuit. 21. Accedent

---

7. Exoneraturas] Exonerat *XA*: Exonerat curas *bcsw et pr.a*: Exonerat ventrem curas *h*: Ventrem exoneraturas *l* malva *abcsw* 8. quas tulit *φ*: quas parit *vel* dabat *Heinsius.* ortus *AP* 9. est *om. T*: et *Heinsius.* sedens] recens *hpB* tonsile *TXACΛΨ et „plures" Scriverii*: sectile *reliqui.* 10. Nec deest ruptatrix *chqμx et palatinus alter tertiusque Gruteri*: [Nec deest] stupatrix „*antiquus codex*" *Domitii*: Nec est stupatrix *m*: Et destupatrix (destupatrix *A*) menta et (mentaque et *l*, menta nec *CΠB*, mentha sed Λ) herba *XACΠΛB*: Nec deest ructatrix *cum reliquis* Ψ. 11. Septa *cz, corr.a et Arondellianus Gronovii Syllog. Epistt. II, p.* 524.: Serta *b* ructatos *CΠB*: ruptatos *bc*: rotatos *hsμx et pr.a „quidamque libri" Scriverii*: roratos „*quidam*" *Scriverii*: rutatos *cum reliquis „meliores membranae" Scriverii et P.* 12. thynni] tenni *pB*: tymu *T*: tetigi *l* 13. Gustus in his *T et Scriverius*: Gustus in his Ψ: Parvus in his *XACOμxΛ et Gruteri palatinus alter et tertius*: Parvus (Panus *s*) onyx *reliqui.* 14. Haec dos *X* [15. 16. *om. T.*] 15. egeat ΛΠ strictoris *l*: farctoris *O* ofella *XACΛ*: Ofellae *Heinsius.* 16. Ut *Heinsius.* prototonique *h*: prototumique *XACls et pr.a*: prototunique *b* 17. ad haec *om. l* perna] frena *XA*: parva *abchμx*: cena *lpB* 18. Additur *T* 19. Numentana *T* virum *T* sine fine *T*: sine faece *reliqui.* lagona *TAP*: lagoena *Xμ*: lagena *reliqui.* 20. Qui *O* plena fuit *λ et Scriverii ambae editiones*: trima fuit *vel* fluet *Heinsius.* 21. Accedunt *T*: Accedant *hp*: Accedens *bs*: Accedent *reliqui.* loci *P* 22. nihil *h* vellis *φ*

De prasino conviva meus venetoque loquatur,
Nec faciunt quemquam pocula nostra reum.

XLIX.

Cum potes amethystinos trientes
Et nigro madeas Opimiano,
Propinas modo conditum Sabinum
Et dicis mihi, Cotta „Vis in auro?“
Quisquam plumbea vina vult in auro?

L.

Frangat Idumaeas tristis Victoria palmas,
Plange, Favor, saeva pectora nuda manu.
Mutet Honor cultus et iniquis munera flammis
Mitte coronatas, Gloria maesta, comas.
Heu facinus! prima fraudatus, Scorpe, iuventa
Occidis et nigros tam cito iungis equos.
Curribus illa tuis semper properata brevisque
Cur fuit et vitae tam prope meta tuae?

---

24. facient

---

23. parrasino 𝔅 Scipioque loquatur *XA et „duo scripti“ Scriverii*: Scorpoque *Salmasius*. loquar *T*: loquetur *φ et Gryphinae*. De prasino scutoque (Scorpoque *Gruterus*) meus (meus *P*) conviva loquatur 𝔓 24. Non *h et Gruterus*: Ne *s* faciunt *TX*: faciant *O Gruterique palatinus alter et tertius*: facient *reliqui*.

XLIX. In Cottam *X*. 1. putas *A* amethystynos *A*: amethystino *Salmasius Exercitt. Plin. p.* 290. trientes] colores *l* 2. Opiniano *bφ* 4. Cocta *APa*: quanta *h* 5. [*om. w.*] vinea *A* vult] vis *P*

L. Ad Scorpum *X*. 1. Ydimeas X 2. favore *Xl*: furor *φ* saeva] scaeva *φ*: seca *Cl*: resecta 𝔅 nudare manu *C* 3. Mittat *Heinsius*. amor *C* et] det 𝔅: per *Heinsius*. iniquis] gloria *lp* 4. Mutet honoratas *hl*𝔅 coronates *A* comes *XC* 5. primae *XAC* fraudatur *φ* Scope *bhw*: Scopa *czφ* 6. pigros *l*: Stygius *Heinsius*. iungit *C* 7. Curribus *O* tues *XA* properata *A* 8. Cui *COclφμx*𝔅 et] heu *Heinsius*. visae *XAC* moetha *P*

LI.

Sidera iam Tyrius Phrixei respicit agni
Taurus et alternum Castora fugit hiems;
Ridet ager, vestitur humus, vestitur et arbor,
Ismarium pellex Attica plorat Ityn.
Quos, Faustine, dies, quales tibi Roma Ravennae
Abstulit! o soles, o tunicata quies!
O nemus, o fontes solidumque madentis harenae
Litus et aequoreis splendidus Anxur aquis,
Et non unius spectator lectulus undae,
Qui videt hinc puppes fluminis, inde maris!
Sed nec Marcelli Pompeianumque, nec illic
Sunt triplices thermae, nec fora iuncta quater,
Nec Capitolini summum penetrale tonantis,
Quaeque nitent caelo proxima templa suo.
Dicere te lassum quotiens ego credo Quirino:
„Quae tua sunt, tibi habe: quae mea, redde mihi.“

LII.

Thelyn viderat in toga spadonem.
Damnatam Numa dixit esse moecham.

LI, 3. arbos: 5. qualem tibi Roma Ravennam
LII, 1. Thelin

LI. Ad Faustinum *X*. 1. Prixei *A* anni *z* 2. figit *AX*: fugis *h* 3. arbor *PXACbhlzφ*: arbos *reliqui*. 4. Ismarum *b* pelex *P*: paelex *XA* Ityn *κ*: Ithim *Ohwμ* 5. Quot *Roius*. Faustina *b et pr.a* quales tibi (qualesii tibi *A*) Roma *XACOblpswzφ*ℜℬ *et bodleianus*: qualis tibi *h*: qualem tibi Roma *reliqui*. Ravennae *XCbclp*ℬ *et bodleianus*: Revennae *A*: Ravenna ℜφ: recessus *O*: Ravennam *reliqui*. 7. dentis *XA*: sedentis *C* tunicate *P* 8. Anxur] axis *bm*: anis *c*: aris *P* 9. speculator *Heinsius*. 10. pupes *φ* maris] rates *XACObhlp*ℜ: sali *Heinsius*. 11. neque *zλ* Marcellum *l* illi *As* 12. uncta *b*: victa *lz*ℬ 13. Capitulini *X* penetra *P* 14. vident *lp* sua *C* 15. lapsum *abcswz* Querino *X*: Quirini *l* 16. tua *om. s* tibi *om. C*

LII. De spadone *X*. 1. Thelyn viderat *O*: Thelinus derat *A*: Telynus deerat *X*: Thelinus (Zelinus *C*) deerat *Clp*ℬ: Telinus viderat *aw*: Tethim (Tethyn *corr.*) viderat *h*: Thetin viderat *bczφ*: Thelin (Thelim *λ*) viderat *reliqui cum P*. in loco lℬ 2. Damnata *O*: Bannatam *s* esse *om. C* moechas *l*: mediam *P*

LIII.

Ille ego sum Scorpus, clamosi gloria Circi,
Plausus, Roma, tui deliciaeque breves,
Invida quem Lachesis raptum trieteride nona
Dum numerat palmas, credidit esse senem.

LIV.

Mensas, Ole, bonas ponis, sed ponis opertas.
Ridiculum est: possum sic ego habere bonas.

LV.

Arrectum quotiens Marulla penem
Pensavit digitis diuque mensa est,
Libras, scripula sextulasque dicit.
Idem post opus et suas palaestras
Loro cum similis iacet remisso,
Quanto sit levior Marulla dicit.
Non ergo est manus ista, sed statera.

LVI.

Totis, Galle, iubes tibi me servire diebus
Et per Aventinum ter quater ire tuum.

LIII. *post L collocatum.* LV, 3. scriptula

LIII. * De Scorpo *TX.* 1. ego *om. s* corpus *T* o clamosi *P* eirri *b* 2. Lausus *XA* 3. quam *sφ* laceris *T* triteride *bwφ* nova *P*

LIV. * Ad Olum *TX.* 1. Hollo *φ* ponis bonas *P* apertas *T* 2. est *om. be* ego] et *o et Heinsius: om. b* habe *A*

LV. Ad Marulla *X.* 3. Libra *AC* scripula *XACezφ et corr.a*: scriptula *Y*; scripulas *lw et pr.a*: scriptulas *P*: stripulas *b*: scrupulas *Ohsμx*: scrupula *α* 4. tuas *o* 5. iace *XA* remissus *Oμxα*: remisso *cum reliquis mΨ.* 6. brevior *h* 7. est *om. l*: est ergo *h*

LVI. Ad Gallum X. 1. serviro] sed iure *b* 2. terque *acex* quaterquo ire tuum *A*: quaterque tuum *acex* lutum *Heinsius.*

Eximit aut reficit dentem Cascellius aegrum,
Infestos oculis uris, Hygine, pilos.
Non secat et tollit stillantem Fannius uvam,
Tristia servorum stigmata delet Eros.
Enterocelarum fertur Podalirius Hermes:
Qui sanet ruptos dic mihi, Galle, quis est?

LVII.

Argenti libram mittebas; facta selibra est,
Sed piperis. Tanti non emo, Sexte, piper.

LVIII.

Anxuris aequorei placidos, Frontine, recessus
Et propius Baias litoreamque domum,
Et quod inhumanae cancro fervente cicadae
Non novere nemus, flumineosque lacus
Dum colui, doctas tecum celebrare vacabat
Pierides, nunc nos maxima Roma terit.

LVI, 4. Higine LVIII, 6. Pieridas

---

3. Castellus *X*: Casselius *s*: Cssellius *Oahφμκα*: Cascellius *cum reliquis* ℘. 4. Infestis *z* oris *XACℬ* Hygine *P*: Ygine *X*: Higine *AOz*: Yene *b*: Hiene *Cl*: Hienee *φ*: Inigne *e*: igne *b*: et igne rotins *margo h*. 5. Fanius *P*: Flannius *absw* 6. servorum *P et Scriverii editio altera*: sexorum *Oabhlswzφμκα et margo e*: saxonum *XACℬ*: fastorum *c*: noxarum *Heinsius*: pycterum *Roius*. Stegmata saxorum tristia *h* stegmata *bc*: stemmata *asw* Heros *OPabwμκα et corr.h*: heres *pr.h*: herus *zφ*: Ores *XC*: hero *lpℬ*: Eros *reliqui cum „membranis" Scriverii*. [7. 8. *om. XACl.*] 7. Enterochclarum *φ*: Encherocellarum *ab*: Enchrocellarum *s*: Enchorcellarium *h*, *margo* Enterocellarum Podslyrius *φ*: Poladirius *O*: Polidsrius *cz*

LVII. * Ad Sextum *T*: Ad Flaccum *x*: „Non est Martialis" *margo s*: *om. Epigr. φ*. 1. libra *T* salibra *s* 2. Sexte] Flsoce *z*

LVIII. Ad Frontinum *O*. 1. Auxeris *sw* Fanstine *Scriverius*. 2. proprins bsitis *b*: prope rus *vel* par rus Baiis *Heinsius*. 3. inhumsno *Scaliger*. fervente] frunte *b* cecsde *P* 4. flamineosque *s* 6. Pierides *OPabhswzφ*: Pieridas *reliqui*. vos *e*

Hic mihi quando dies meus est? iactamur in alto
Urbis et in sterili vita labore perit,
Dura suburbani dum iugera pascimus agri
Vicinosque tibi, sancte Quirine, lares.
Sed non solus amat qui nocte dieque frequentat
Limina, nec vatem talia damna decent.
Per veneranda mihi Musarum sacra, per omnes
Iuro deos, et non officiosus amo.

LIX.

Consumpta est uno si lemmate pagina, transis
Et breviora tibi, non meliora placent.
Dives et ex omni posita est instructa macello
Cena tibi, sed te mattea sola iuvat.
Non opus est nobis nimium lectore guloso;
Hunc volo, qui fiat non sine pane satur.

LX.

Iura trium petiit a Caesare discipulorum
Assuetus semper Munna docere duos.

---

7. Hic mihi, quando dies meus est, iactamur in alto Urbis, et in sterili vita labore perit; Dura *sqq.* LIX, 4. mactea

---

7. 8. *interpunxi ex mente Gronovii Observatt. I, p. 22. Antea sic* meus est, iactamur — perit. Dura *dispescebatur. Aliter Scaliger et Scriverius.* 8. victa *bhw* 9. suburani *μxa* apri *pr.h* *Post versum* 10. *unius lineae spatium in O.* 11. solos *O* 14. et] ut *margo Gryphii*: te *vel* ros *Heinsius.*

LIX. Lemma *z*: In delicatum lectorem *O* 1. si] ni *Heinsius.* 3. structa *b*: structura *h* 4. sed me *c* matia *Oμx*: mattya *a*: mattea *cum reliquis* 𝔓. iuvat *Obsw*𝔓 *et corr.hw*: vivat *pr.w*: iuvant *reliqui.* 6. Nuoc *μx* pane *ha et* „nonnulli codices" *Domitii*: poenae *w*: pene *vel* penne *reliqui cum* (*P*) *Gruteri omnibus.*

LX. De Munna *O*: De Nuona 𝔄: De Numa *c.* 1. *Margo s*: „Hoc videtor non fecisse Marcialis: nam boni poete nunquam in quinquisyllabo sermonem finiunt." 2. Nunoa 𝔄: Numma *aw*: Numa *ch, sed margo h* Muooa.

LXI.

Hic festinata requiescit Erotion umbra,
Crimine quam fati sexta peremit hiems.
Quisquis eris nostri post me reguator agelli,
Manibus exiguis annua iusta dato.
Sic lare perpetuo, sic turba sospite solus
Flebilis in terra sit lapis iste tua.

LXII.

Ludi magister, parce simplici turbae.
Sic te frequentes audiant capillati
Et delicatae diligat chorus mensae,
Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo corouetur.
Albae leone flammeo calent luces
Tostamque fervens Iulius coquit messem.
Cirrata loris horridis Scythae pellis,
Qua vapulavit Marsyas Celaenaeus,
Ferulaeque tristes, sceptra paedagogorum,
Cessent et Idus dormiant in Octobres:
Aestate pueri si valent, satis discunt.

LXI. Epitaphium Herotionte *O* (Erotionis *czφ*). 1. Sio *h* 2. quem *abchszϑ* (?' *non P*) *et* „*scripti infimae vetustatis*" *Scriverii*: quoque *φ* sexta] saxa *aw* perodit *zφ*: peregit *Heinsius Adversariis p.* 466. 3. Quisque *φ* erit *e* 6. terris *z*

LXII. * De pueris *T*: Ad magistrum ludi *O*. [1—9. *om. T.*] 2. Si *Gryphianae.* frequenter *bch* 3. Musaa *Lipsius.* 5. quisquis *abchsw* 6. flamineo *P* 7. Tostemque *φ* 8. Cirata *φ*: Cirratas *φ*: Scuticaque *a ex perversa interpretatione verborum Domitii*: „Pellis seytae *i. lorum factum in scuticam. Ipsa enim scutica a scytos quod est corium dicitur.*" Scutica atque loris *Scaliger*: Cirrata *reliqui cum* ϑϒ, *palatino altero tertioque, Scriverii duobus et editione principe.* seytae *λ*: seite *b et corr.h*: scetae *Oμx* horridi Scythaa *Salmasius et Scriverius*: lrata loris, horridis Scythae pellis *Idem. Heinsio* „Scythae *videtur natum ex* scutica." *Vide Gronov. Diatr. Stat. I, p.* 529. *sq.* vapulabit *e* Marsia *w* Celenaeus *φ*: Celeuus *bc* 10. Ferulaequa aristes scepara (stepaea *bh*) *abhw* Ferulae quae *P* sceptra] stipata *e* paedagorum *P* 11. Cessant *bh* Octobris *Oμxα*: Octobres *reliqui cum* ϑ: oetonas *G. H. Plathnerus Lectt. Iuvenal. in Seebodii Nov. Arch.* 1830, 5. *p.* 33. [12. *om. T.*]

LXIII.

Marmora parva quidem, sed non cessura, viator,
Mausoli saxis pyramidumque legis.
Bis mea Romano spectata est vita Tarento,
Et nihil extremos perdidit ante rogos.
Quinque dedit pueros, totidem mihi Iuno puellas:
Cluserunt omnes lumina nostra manus.
Contigit et thalami mihi gloria rara fuitque
Una pudicitiae mentula nota meae.

LXIV.

Contigeris regina meos si Polla libellos,
Non tetrica nostros excipe fronte iocos.
Ille tuus vates, Heliconis gloria nostri,
Pieria caneret cum fera bella tuba,
Non tamen erubuit lascivo dicere versu
„Si nec paedicor, Cotta, quid hic facio?“

LXV.

Cum te municipem Corinthiorum
Iactes, Carmenion, negante nullo,
Cur frater tibi dicor, ex Hiberis
Et Celtis genitus Tagique civis?
An vultu similes videmur esse?
Tu flexa nitidus coma vagaris,
Hispanis ego contumax capillis;

LXIII, 3. Terento.

LXIII. Epitaphium nobilis matronae *O*. 2. Mauseoli *acswz*: Mausolei *Pbhφα* legis *s*: leges *reliqui*: ingia *Aurelianus*. 3. spectante *b et pr.h* vitta *Lipsius et Heinsius*. Tarento *omnes nostri* (*P*) *librique Scriverii constanter*, *v. I*, 69. *et IV*, 1.: Terento *λ et Gryphianae*: theathro *O* 6. Cluserunt *Oabh*: Clauserunt *reliqui*. 8. pudicicciae *P*

LXIV. Ad Pollam *O*. 1. si forte ℘, *unde Gruterus* Regina *edidit*. labores *pr.h* 2. tretica *b* notos *Heinsius*. 6. aon *xφ* Coeta *Pa* Si nec paedico *Salmasius*.

LXV. In Carmenionem *O*. 1. Corintheorum *O* 2. Charmenion *φ* 3. ex haberis *φ* 5. videmus *s*

Laevis dropace tu cotidiano,
Hirsutis ego cruribus genisque;
Os blaesum tibi debilisque lingua est,
Nobis filia fortius loquetur:
Tam dispar aquilae columba non est,
Nec dorcas rigido fugax leoni.
Quare desine me vocare fratrem,
Ne te, Carmenion, vocem sororem.

LXVI.

Quis, rogo, tam durus, quis tam fuit ille superbus,
Qui iussit fieri te, Theopompe, cocum?
Hanc aliquis faciem nigra violare culina
Sustinet, has uncto polluit igne comas?
Quis potius cyathos aut quis crystalla tenebit?
Qua sapient melius mixta Falerna manu?
Si tam sidereos manet exitus iste ministros,
Iuppiter utatur iam Ganymede coco.

LXVII.

Pyrrhae filia, Nestoris noverca,
Quam vidit Niobe puella canam,
Laertes aviam senex vocavit,
Nutricem Priamus, socrum Thyestes,

LXV, 8. quotidiano LXVI, 1. Qui rogo

---

8. tu] tuo *w*: in *s* cotidiana *P*: quotidiana *reliqui.* 10. blessum *b* tibi *om. pr.h* est *om. zφ* 11. Nobis sibila — loquentur *vel* loquantur *Reius*: Non nobis lea *Aurelianus.* loqnatur *Heinsius.* 13. dorcax *O*: doreas *b et pr.h* 15. Nec te *cμx* Charmenion *φ*

LXVI. De Theopompo *O* 2. Peopompe *s* coquum *bchzφ* 3. coquina *OabcswB et pr.h* 4. polluere *Heinsius*: polui *s*: pollni *Oasw* in igne *Oasw*: inige *b*: ille *c*: unque *μxa*: igne *λφ et corr. palatinus alter cum reliquis.* 5. aut qui *c* 6. mnsta *pr.h* 8. tam *φ* coquo *bchzφ*

LXVII. Epitaphium vetulae *O*: De anicula Platia pruriosa *zφ*. 1. ()yrrae *φ*: Pyro *O*: Pirrae *P*: Pirte *b*: Syrrhae *z* 2. canem *bcsw et pr.h* 3. Laherte *P* vocabit *OPabchswzμx*

Iam cornicibus omnibus superstes,
Hoc tandem sita prurit in sepulcro
Calvo Plotia cum Melanthione.

LXVIII.

Cum tibi non Ephesos nec sit Rhodos aut Mitylene,
Sed domus in vico, Laelia, patricio,
Deque coloratis nunquam lita mater Etruscis,
Durus Aricina de regione pater;
Κύριε μου, μέλι μου, ψυχή μου congeris usque,
Proh pudor! Hersiliae civis et Egeriae.
Lectulus has voces, nec lectulus audiat omnis,
Sed quem lascivo stravit amica viro.
Scire cupis quo casta modo matrona loquaris:
Numquid cum crissas, blandior esse potes?
Tu licet ediscas totam referasque Corinthon,
Non tamen omnino, Laelia, Lais eris.

LXVIII, 5. *Ζωὴ καὶ ψυχὴ* lascivum congeris usque,

---

6. sicca *bchsw* pruriat *h*: pruria *bsw*: putret *Burmannus in Anth. Lat. II, p.* 529. 7. Plutia *φ et pr.h.*: plucia *P*: Pluria *b*: Pluriat *z*: pluriam *o*: pruria *asw*: pruriat *O* Melanchione *μx*

LXVIII. * A lelium *T*: In Leliam *O*. 1. nec Ephesos *z* aut sit *pr.h* Rodus *T*: rhoelos *φ* Mythylenae *T*: militete, *corr.* mitilete, *P* 2. vicos *T* Lelio *O*: Lilia *P* patriuio *o*: patrino *b et pr.h* 3. De cocoleratis *T* Etrueis *T*: Hetruscis *φ* 4. Et durus *T* et de *Boissonadius ad Aristaenet. p.* 521., *retractatis quae ad Nicet. Eugen. II, p.* 288. *dixerat.* 5. *Κύριε μου, μέλι μου, ψυχή μου Gronovius Observatt. IV*, 22. *p.* 783.: KYPIE MVAELI MVPSICI MV *T*: *Κύριε, omissis reliquis*, *P*: *Κύριε μοῦ θεὲ μεαῖ μοῦ ψυχὴ μοῦ z*: Cyriemu: theemu: psychemu *O*: *ζωη και ψυχη* congeris usque *x*: *reliqui spatio relicto omittunt Graeca*: *codex neapolitanus, quem i voco, man. sec. habet* Domine mei deus meus anima mea, *ut expresserit idem quod habet O*: *alter neapolitanus, mihi n, omittit versum hac notula addita* „Deest hic versus cuius sententia amatoria est.“ *Margo* „Vita et anima et corculum *ζοε καὶ χε* (*suprascr.* psiehi) tibi Lelia semper in ore“: *ζωὴ καὶ ψυχὴ* lascivum *a, ex prava interpretatione verborum Domitii, qui Iuvenalis illa verba VI*, 195. *conferebat. Secuti sunt omnes.* eogeris *h* 6. Ersiliae *TPb*: Ersilae *w* euius *m*: iovis *T* egregie *b* [9. 10. om. *T.*] 9. easto *P* 10. erisas *Pμx*: crassas *pr.h* 11. et discas *T* Corynthon *Q* 12. Thais *μx*: Lais *reliqui cum λφm et palatino altero.*

LXIX.

Custodes das, Polla, viro, non accipis ipsa.
Hoc est uxorem ducere, Polla, virum.

LXX.

Quod mihi vix unus toto liber exeat anno,
Desidiae tibi sum, docte Potite, reus.
Iustius at quanto mirere, quod exeat unus,
Labantur toti cum mihi saepe dies.
Nunc resalutantes video nocturnus amicos,
Gratulor et multis; nemo, Potite, mihi.
Nunc ad luciferam signat mea gemma Dianam,
Nunc me prima sibi, nunc sibi quinta rapit.
Nunc consul praetorve tenet reducesque choreae,
Auditur tota saepe poeta die.
Sed nec causidico possis impune negare,
Nec si te rhetor gramnaticusve rogent:
Balnea post decimam lasso centumque petuntur
Quadrantes. Fiet quando, Potite, liber?

LXXI.

Quisquis laeta tuis et sera parentibus optas
Fata, brevem titulum marmoris huius ama.
Condidit hac caras tellure Rabirius umbras:
Nulli sorte iacent candidiore senes.
Bis sex lustra tori nox mitis et ultima clusit,
Arserunt uno funera bina rogo.

LXIX. Ad Pollam *cz*: De Polla *O.* 1. Custodem *z* nec *Opxa*: non *reliqui cum λΧΦm et margine Gryphii.*

LXX. Ad Potitum *O.* 2. toto potire *s* 3. aut *b* quod ex ea ianus *φ* 5. Non *Schmiederus.* resalutantis *Obhsw φμκ* 6. potire *s* 7. signae *b*: signet *h* 10. Auditor *h* 11. Sed ne *Gryphianae.* 12. Nec te si *φ*: Nec si rhetor *P* grammaticusque *cφ* roget *c*: regent *φ* 13. dogimam *e*: decumam *b*: decima *μxa* lapso *e*

LXXI. De Rabirio *O.* 2. Facta *w* tumulum *mφ* marmois *P* habe *pr.h* 3. has *m* raras — urnas *Roius.* 5. mitis] misit *bhφ et pr.a* clausit *chxφ* 6. Asserunt *w*

Hos tamen ut primis raptos sibi quaerit in annis.
Improbius nihil his fletibus esse potest.

LXXII.

Frustra Blanditiae venitis ad me
Attritis miserabiles labellis.
Dicturus dominum deumque non sum.
Iam non est locus hac in urbe vobis;
Ad Parthos procul ite pileatos
Et turpes humilesque supplicesque
Pictorum sola basiate regum.
Non est hic dominus, sed imperator,
Sed iustissimus omnium senator,
Per quem de Stygia domo reducta est
Siccis rustica Veritas capillis.
Hoc sub principe, si sapis, caveto,
Verbis, Roma, prioribus loquaris.

LXXIII.

Littera facundi gratum mihi munus amici
Pertulit, Ausoniae dona severa togae,
Qua non Fabricius, sed vellet Apicius uti,
Vellet Maecenas Caesarianus eques.
Vilior haec nobis alio mittente fuisset:
Non quacunque manu victima caesa litat.

LXXIII, 1. mihi pignus 4. Caesareanus

---

7. maeret *Heinsius.* 8. nil *cz* iis *φ*

LXXII. Adulatorium *O*: Laus Imperatoris *zφ*. 2. miserabile *z* 4. hic *aswφ* nobis *abchw* 5. ire *bc* pilleatos *OPφ* 7. Victorum *vel* Parthorum *Heinsius.* 10. Stigio *w* relicta est *pr.h* 11. Sectis *Heinsius.* 13. prioribus Roma *e*

LXXIII. Ad Marcum *X*. 1. munus *XACHlxφ*: pignus *reliqui.* 2. Protulit *p*; Attulit „*scriptus*“ *Scriverii.* dona sera *A*: dona sera togae pertulit Ausoniae *X*: dona serena *CHB*: dona Severe *aw et aliquando Heinsius*: munera sera togae „*optimus codex Excerptorum*“ *Scriverii*: dona superba *vel* Serica dona *Heinsius.* 3. aptius *s* 5. Vilior ne haec nobis aliud *X* fuissent *aw* 6. [*affert D.*] litet *h*

A te missa venit. Possem nisi munus amare,
Marce, tuum, poteram nomen amare meum.
Munere sed plus est et nomine gratius ipso
Officium docti iudiciumque viri.

LXXIV.

Iam parce lasso, Roma, gratulatori,
Lasso clienti. Quamdiu salutator
Anteambulones et togatulos inter
Centum merebor plumbeos die toto,
Cum Scorpus una quindecim graves hora
Ferventis auri victor auferat saccos?
Non ego meorum praemium libellorum,
— Quid enim merentur? — Appulos velim campos;
Non Hybla, non me spicifer capit Nilus,
Nec quae paludes delicata Pomptinas
Ex arce clivi spectat uva Setini.
Quid concupiscam quaeris ergo? dormire.

LXXV.

Milia viginti quondam me Galla poposcit
Et, fateor, magno non erat illa nimis.

LXXIV, 8. Apulos LXXV, 2. magni

---

7. Possim *z*: Posse *b* minus *P* 8. nomine — tuo *Heinsius*: nomine — meo *Roius.* poteram tu nomen *P* [9. 10. *affert D*: Sepe quidem plus est et munere gracius ipso — viri.] 9. munera *A* gratior *XAChlp*

LXXIV. Ad Romam de salutatoribus *X*. 1. parte *X* lapso *c*: Roma lasso *h* 2. Lapso *bcz* elientis *aw* 3. Ante tabulones *p* 4. merebar *corr.h* 6. Ferventi *C*: Flaventis *Heinsius.* afferat *Oabcswμκα*: asserat *l*: auferat *cum reliquis* ΣΒΨ*m*. 7. praemium meorum *hs* 8. Appulloa *φ* 9. specifer *l* capnt *P* 10. Pontinas *CObchlzφμκα*: Pomptinas *cum reliquis* Ψ. 11. clivis *XA*: cliui *O* una *Oabw et pr.h* Sectini *pr.h*

LXXV. * De Galla *TX*. 2. magno *TXAP*: magne *bc*: magni *reliqui*: mango *Scriverius in curis posterioribus apud Burmann. Anthol. Lat. I, p.* 243. erit *T'* ille *X*

Annus abit: „Bis quina dabis sestertia,“ dixit.
Poscere plus visa est quam prius illa mihi.
Iam duo poscenti post sextum milia mensem
Mille dabam nummos. Noluit accipere.
Transierunt binae forsan trinaeve Kalendae,
Aureolos ultro quattuor ipsa petit.
Non dedimus. Centum iussit me mittere nummos;
Sed visa est nobis haec quoque summa gravis.
Sportula nos iunxit quadrantibus arida centum;
Hanc voluit: puero diximus esse datam.
Inferius numquid potuit descendere? fecit.
Dat gratis, ultro dat mihi Galla: nego.

LXXVI.

Hoc, Fortuna, tibi videtur aequum?
Civis non Syriaeve Parthiaeve,
Nec de Cappadocis eques catastis,
Sed de plebe Remi Numaeque verna,
Iucundus, probus, innocens, amicus,
Lingua doctus utraque, cuius unum est,
Sed magnum vitium, quod est poeta,
Pullo Maevius alget in cucullo.
Cocco mulio fulget Incitatus.

---

7. Transierant ternaeve

---

3. dabit *bhlw* 4. Ista *l* 6. accepere *T* 7. Transierunt *T:* Transierant *reliqui.* forsitan *Th* trinaeque *z:* terne *vs* 𝔓 8. ultra *XAw* ipse *A:* ille *φ* 11. nnn *w* lussit *e* ‹ addita *h* 12. datum *A* 13. discendere *T* 14. Data (Dat *P*) gratis ultro iam mihi 𝔓: Dat gratis ultro: iam mihi, Galla, nega *Gruterus*: Dat gratis ultro Iam mihi Galla. Negn. *Salmasius*: Dat gratis: ultra det mihi Galla: negn. *Roius.*

LXXVI. De medio poeta *X.* 1. tibi fortuna *h* videtur] vester *pr.b* 2. Qunius *w* Parthiaeque *z*: Parthievae *P* 3. equis *XACip* castatis *φ:* castratis *lp* 4. plebi *P* Remi] tenui *lB* Munaeque *O:* minieque *pr.h* 6. veraque *w* 7. vitium est *l* manum *s* [5. 6. 7. 4. 8. pnuit *P.*] 8. Maevius *A*: Naevius *hlB* 9. Crocn *abcmsw et pr.h:* Croceo *B:* Croesn *l* mulo *l* fulgit *e*: fuget *b* incivitatus *X*: victatus *B*: Incitati *Petr. Faber, v. Weicherti Poett. Latt. Reliq. p.* 325.

LXXVII.

Nequius a Caro nihil unquam, Maxime, factum est,
Quam quod febre perit: fecit et illa nefas.
Saeva, nocens febris saltem quartana fuisset!
Servari medico debuit ille suo.

LXXVIII.

Ibis litoras, Macer, Salonas,
Ibit rara fides amorque recti
Et secum comitem trahet pudorem.
Semper pauperior redit potestas.
Felix auriferae colone terrae,
Rectorem vacuo sinu remittes
Optabisque moras, et exeuntem
Udo Dalmata gaudio sequeris.
Nos Celtas, Macer, et truces Hiberos
Cum desiderio tui petemus.
Sed quaecunque tamen feretur illinc
Piscosi calamo Tagi notata,
Macrum pagina nostra nominabit.
Sic inter veteres legar poetas,
Nec multos mihi praeferas priores,
Uno sed tibi sim minor Catullo.

LXXVII, 2. perit:

LXXVII. Ad Maximum *X*. 1. Nequius acharo *P*: Nequius caro φ: Nequius uil unquam *b*: De medico (E medico *c*) nequius uil (aihil *s*) unquam *acsz et pr.h* (a Caro *corr.h*): De medico uil unquam *w* 2. ille *cμxa*: illa *reliqui cum λλφm*. 3. Saevit *X*: Sacpe *Roius*. artem quarta *XA*: ac tunc quartana *C*: utinam quartana *hlB* fuissea *asφ* 4. ille *XAsφ*: illa *reliqui*.

LXXVIII. Ad Macrum *X*. 1. ( ) Is (*h. e.* Bis) φ litto-reis φ Alonas *XA* 2. Ibi *p* rata „*al.* rara" *w* 3. E *A* secum *Oμxa*: quae cum *P*: tecum *reliqui*. trahes *bemzφ et corr.a*: trahi *P* 4. Sem *A* redi φ 5. Felix auri felix *s*: Felix aaferre *A* 6. Retorem *l*: Lectorem *asw* remittet *XAlB*: remittis *P* 8. Uda *XAClp* sequacris *A* 9. certas *XAC* Hyberos *P* 10. desiderio quo potemus *h* 11. quod-cunque *a* illinc *Pzφ*B: *om. C*: illic *reliqui*. 12. Piscosi *om. C* Tacis *XAC*: Daci *p*B: dati *l* 13. Marcum φ 14. Hic *l* legat *b* 15. multo *l* praeferat *XAChl*: praeferet *abw*: praefert *s* 16. sam *abchlw*B

LXXIX.

Ad lapidem Torquatus habet praetoria quartum;
Ad quartum breve rus emit Otacilius.
Torquatus nitidas vario de marmore thermas
Extruxit; cucumam fecit Otacilius.
Disposuit daphnona suo Torquatus in agro;
Castaneas centum sevit Otacilius.
Consule Torquato vici fuit ille magister;
Non minor in tanto visus honore sibi.
Grandis ut exiguam bos ranam ruperat olim,
Sic, puto, Torquatus rumpet Otacilium.

LXXX.

Plorat Eros, quotiens maculosae pocula murrae
Inspicit, aut pueros nobiliusve citrum,
Et genitus imo ducit de pectore, quod non
Tota miser coëmat septa feratque domum.
Quam multi faciunt, quod Eros, sed lumine sicco!
Pars maior lacrimas ridet et intus habet.

LXXIX, 8. Nec minor LXXX, 1. myrrhae 6. ridet, et intus

LXXIX. De Torquato et Octaoilio *X*. 2. brebe rus *XAC*: breves emit *p* emit] habet *z* Octacilius *ubique X, et praeter versum ultimum, A*: Optacilius *p*: Otalitius *aw*: Otolieius, *alias* Otalieius, *s* [5. 6. 3. 4. *ponit P.*] 4. eocumam *bczφ et pr.h*: capanam 𝔅: cumeram *Beverlandus*. 5. Deposuit *s*: Exposuit *φ* daphoua *AChl*: dorphana *asw* iu ore *b* 6. Castauea *P* serit *p* 7. Cousule Torquato *AwzΨ*: Consul Torquatus *reliqui*. viee *O*: unus *lp*𝔅 8. Nou *XACabelmsφ*: Nec *reliqui*. minore *A* 9. bos] vox *XACℵ* 10. Torquatum *s* Otacilius *Acl*

LXXX. * De Torquato de Ero *T*: De Erote *X*: De Heroe *O*. 1. Heros *O*: herus *φ* murrae *Xbh*: murrhae *P*: murra *A*: myrrae *Oφ*: tere *T*: myrrhae *vulgo*. 2. aut] vi *T* puero *XA* uoviliusve *A* 3. ducit] promit *Oablwzφμα*: premit *cs*: mittit *hp*: dueit *reliqui cum Pℵ. Burmannus in Ovid. Metam. I*, 656. promit *praefert ex tribus Vossianis, oll. Virg. Aen. II*, 288. quid uon *XAl* 4. Totamise eemat *T*: Totam fert eeuam *hlp* coema *XA*: coenat *cμα*: cenet *C*: caena *w*: eoemat *cum reliquis* ΧΨ. 5. Heros *Oφ* 6. laerimans *Gruterus*. habet *φ*: havet *Gulielmius Versimill. III*, 25.: agit *Burmannus in Ovid. Ad Liv. Aug.* 114.

LXXXI.

Cum duo venissent ad Phyllida mane fututum
Et nudam cuperet sumere uterque prior,
Promisit pariter se Phyllis utrique daturam,
Et dedit: ille pedem sustulit, hic tunicam.

LXXXII.

Si quid nostra tuis adicit vexatio rebus,
Mane vel a media nocte togatus ero,
Stridentesque feram flatus aquilonis iniqui
Et patiar nimbos excipiamque nives.
Sed si non fias quadrante beatior uno
Per gemitus nostros ingenuasque cruces,
Parce, precor, fesso vanosque remitte labores,
Qui tibi non prosunt et mihi, Galle, nocent.

LXXXIII.

Raros colligis hinc et hinc capillos
Et latum nitidae, Marine, calvae
Campum temporibus tegis comatis:
Sed moti redeunt iubente vento
Reddunturque sibi caputque nudum
Cirris grandibus hinc et inde cingunt.
Inter Spendophorum Telesphorumque

LXXXI. * De Filli *T*: De Phyllida *X*. 1. Pyllida *XA*: Fillida *T*: Phyllide *O* salitum *T* 2. cupereut *c*, *probatum Burmanno in Ovid. Metam. IX*, 712. summere *O* 3. Pillis *X*: Phillis *TA alii*. utrisque *T*: uterque *X*

LXXXII. * Ad Gallum *TX*. 1. adiicit *Obφ*: addit *margo Gryphii*. 2. eroo *T*: eo „*membranae*" *Scriverii*. 3. aquilonibus *P* 4. excipiantque *X* 5. Sed uou *T* fies *swx* 6. gemitos *A* contiuuasque cruces „*eadem Excerpta* (*v. LXXIII*, 2.) *et alius codex scriptus*" *Scriverii*. truces *X et pr.h* 7. fesso *Tbcmswzφψ*: lasso *COαμκα*: lassos *XAhl* variosque *e* 8. at mihi *l*

LXXXIII. Ad Mariuum calvum *X*. 1. hiuc et hic φ 3. tergoribus *Scaliger*. tegit *XA*: regis *C* 4. notl *m*: molli *C* iuvente *XA*: invaute *C et Heinsius*, *qui et* anhiude *et* vibraute *ascripsit*: fureute *Roius*. 5. Redeuntque *l* 6. Cirls φ hic *b* 7. Spendoforum *P*: Splendophorum *Cbchlswzμκ*: Splendoforum *as*: Splendephorum φ: Spendophorum *cum reliquis* „*vetustae*

Cydae stare putabis Hermerotem.
Vis tu simplicius senem fateri,
Ut tandem videaris unus esse?
Calvo turpius est nihil comato.

LXXXIV.

Miraris, quare dormitum non eat Afer?
Accumbat cum qua, Caediciane, vides.

LXXXV.

Iam senior Ladon Tiberinae nauta carinae
Proxima dilectis rura paravit aquis.
Quae cum saepe vagus premeret torrentibus undis
Tibris et hiberno rumperet arva lacu,
Emeritam puppim, ripa quae stabat in alta,
Implevit saxis opposuitque vadis.

LXXXIII, 8. Cidae *Post* 10.: Tonsor iam reliquos metat capillos. LXXXIV, 2. Caeditiane, LXXXV, 4. Tybris

---

membranae " *Scriverii.* Telesforumque *P*: Thelesporumque *A*: Telephorumque *zφμ*: Thelephorumque *O*: Teloforumque *s*: Theophorumque *κ*: Talephorumque *abw* 8. Cide stare *μκα*: Cides tare *Al*: Cidesta reputabis ℬ: Belle stare *O* Hermeroten *O*: Hermorotem *aw*: Hermoroten *hs*: Hermoroutem *p*ℬ: Almyrotem *λ*: Halmyroten *α*: Hermerotem *reliqui cum Gruterianis* (*P*). 9. Vis te *φ*: Quin tu — fateris *O*: Vis tu simplicius? Senem fatere *Gruterus.* 10. Ut tandem videare calvus *vel* verus *Heinsius.* Post *v.* 10. *α inculcavit hunc versum*: Tonsor iam reliquos metat (petat *Gryphianae*) capillos. *De quo Gruterus*: „*Carmen istud edecuriandum ceu spurium, quod absit et ms. omnibus et edd. primis.*"

LXXXIV. Ad Caedicianum *X*. 2. Aecubat *Gryphianae.* Ceeidiane *w*: Caeciliane *Obcszφμκα*: Caedicianc *vel* Caeditlane *cum reliquis* 𝔓.

XLII. * Ad (De *X*) Caecilianum *TX*. 1. Vidua *A* 2. quid fieri *XAl*: quis flere *pℬ*: qui fieri *mℜ*, *margo p et Gryphianae*.

Mella iubes Hyblaea tibi vel Hymettia nasci,
Et thyma Cecropiae Corsica ponis api?

XLIII.

Deprensum in puero tetricis me vocibus, uxor,
Corripis et culum te quoque habere refers.
Dixit idem quotiens lascivo Iuno tonanti?
Ille tamen grandi cum Ganymede iacet.
Incurvabat Hylan posito Tirynthius arcu:
Tu Megaran credis non habuisse nates?
Torquebat Phoebum Daphne fugitiva: sed illas
Oebalius flammas iussit abire puer.
Briseïs multum quamvis aversa iaceret,
Aeacidae propior laevis amicus erat.
Parce tuis igitur dare mascula nomina rebus,
Teque puta cunnos, uxor, habere duos.

XLIV.

Orbus es et locuples, et Bruto consule natus
Esse tibi veras credis amicitias?
Sunt verae, sed quas iuvenis, quas pauper habebas.
Qui novus est, mortem diligit ille tuam.

XLIII, 5. Hylam 6. Megaram 9. Bryseis

---

3. Hymetia *AOP* 4. Eathima *T* Corsicca *T* apri *A*

XLIII. * Ad uxorem *TX*. 1. Deprehensum *O* tetris *h* 2. refres *T* [3—8. *om. T.*] 4. grandi *XACzΫ*: gracili *reliqui*. 5. Hylan *AP*: Hylam *reliqui*. Tirynthyus *φ*: Tyrincina *A*: Tirinthus *O*: Thyrintius *P* astu *X teste Heinsio*: posita—hasta „*membranae Douzicae*" *Scriverii*. 6. Megaran *XAV*: Megeram *OPbhφμκ*: Megarsm *reliqui*. 7. Torquebant *s* Damne *abs*: Damnes *h* sed illas] sebellus *XA* 8. Oebalius *O* hsbere suss *c* 9. Hscresci multo *T*: Briaeis vultum *Oaιφ et duo Burmanni in Lucan. V*, 736., *unus Vossianus in Ovid. Art. Am. III*, 786.: Briseis vultu *belm* adversa *belm et pr.hp* iacebst o Et Briseis hero quamvis aversa isceret, Aeacidse potior *Heinsius*. 10. Excidse *T* proprior *Aw* lenis *l*: laevus *T teste Heinsio*. 11. agitur *T* 12. cunnos] monstros *T* hisre *Arondellianus Gronov. Diatrib. Stat. I, p.* 509. *Hand. et Syllog. Epistt. II*, 523.

XLIV. * Ad senem de amicis *TX*. 1. uotus Ϋ (? *non P*) 2. credimus *X* 3. Sint *Heinsius*. vire *T* invenes *T* qua pauper *μ* 4. ipse *l*

XLV.

Intrasti quotiens inscriptae limina cellae,
Seu puer arrisit, sive puella tibi,
Contentus non es foribus veloque seraque,
Secretumque iubes grandius esse tibi.
Oblinitur minimae si qua est suspicio rimae
Punctaque lasciva quae terebrantur acu.
Nemo est tam teneri tam sollicitique pudoris,
Qui vel paedicat, Canthare, vel futuit.

XLVI.

Iam nisi per somnum non arrigis et tibi, Maevi,
Incipit in medios meiere verpa pedes,
Truditur et digitis pannucea mentula lassis,
Nec levat extinctum sollicitata caput.
Quid miseros frustra cunnos culosque lacessis?
Summa petas; illic mentula vivit anus.

XLVII.

Omnia femineis quare dilecta catervis
Balnea devitat Lattara? Ne futuat.

XLVII, 2. 8. Blattara

XLV. Ad Cantharum *X*. 1. nomina *c* [3. 4. om. *P*.] 3. velloque *O* seroqua *V* 5. mimae *c* suspicor imse *AV*: suspectio rimae *ClΩD*: inscriptio rimae *c*: scriptio rimae *b*: suspicio rimae *cum reliquis* 𝔓. 6. terebratur *hφ*: terebantur *Aμκt* terebatur *csw et pr.a*: terrebatur *b* 8. Qui non *s*

XLVI. * Ad Mevium *T*: *in X cum XLV. conflatum.* 1. sompnium *b* srrigit *T* Msevi] nervus Ω *et codices Burmanni Anth. Lat. II*, 565. 2. Incipis in *b*: Incipis et *c*: Incipit et *μα et pr.x* miere *X*: megere *c*: mergere *l* verba *α et pr.h*: verpe *c* 3. pannicca *Oφ* lapsis *bclp* 4. levet *X*: velat *A* [5. 6. om. *T*.] 5. Quid frustra cunnos culosque lacessis incpte Ω Quid, (om. miseros) *XA*: Ergo quid (om. miseros) *C*: Quid igitur *hl* culos cunnosque o cunosoque *O* lacessus *b* 6. annus *P*

XLVII. De Lattara *X*. 1. delecta *Obcwz* 2. Lattara *APaswΩ*: Lactara *hl*: Latara *XO*: Lattera *Cbczφ*: Blatara *λμκα*

Cur nec Pompeia lentus spatiatur in umbra,
Nec petit Inachidos limina? Ne futuat.
Cur Lacedaemonio luteum ceromate corpus
Perfundit gelida Virgine? Ne futuat.
Cum sic feminei generis contagia vitet,
Cur lingit cunnum Lattara? Ne futuat.

XLVIII.

Silius haec magni celebrat monimenta Maronis,
Iugera facundi qui Ciceronis habet.
Heredem dominumque sui tumulive larisve
Non alium mallet nec Maro, nec Cicero.

XLIX.

Iam prope desertos cineres et sancta Maronis
Nomina qui coleret, pauper et unus erat.
Silius optatae succurrere censuit umbrae,
Silius et vatem non minus ipse tulit.

XLVIII, 1. monumenta XLIX, 4. non minor ipse, colit.

---

3. Quur *XV* Cur Pompeiana $\mathfrak{A}$: Cur ne Pompeia *l* Pompeiana *λ* lectus *A*: lenta *c* 4. petat *l* 5. Quur *V* Lacedaemonium luteo *xφ* coromate *asw* [7. 8. *om. C.*] 7. Cur *lm* 8. Cor *A* Lattara *APabswA*: Lactara *h*: Lattare *X*: Latara *O*: Lattera *cizφ*: Blatara *μκα*

XLVIII. De Silio *X*. 1. Silvius *abh*: Silus *X* haec] hic *XCA et Gryphianae*. caebrat *A*: celebrant *h* monimenta *AP*: monumenta *reliqui*. 3. dominique *ct* dominum quesivi *A*: dominumque si *O* tumulive $\mathfrak{BP}$: tumulique *reliqui*. larisve *XC*$\mathfrak{P}$: larisque *reliqui*. larisque tumulique *b* 4. nec Maro Ciceroni *A*

XLIX. De Silio *X*. [*In XObhφμκα et fortasse aliis post L: in aswP deest. In B XLIX*, 3 — *LXXII. extant post XII*, 49.] 1. facta *l*: sicca *BV*$\mathfrak{B}$ 2. Numina *Xclmφ* et unus *om. pr.B* 3. Sylius *O*: Solius *A*: Silvius *b et pr.h* optatae succurrere censuit umbrae (cenis ut diabrae *A et pr.V*, cenis ut eliabre *B*, canis ut diabre *X*, ceuisve diabre *l*) *XABChlmzφ*$\mathfrak{B}$, *Florentinus Thomsonii et pr.V*: optatae . . . . succurrite (succurrere *b*) coenae (cenis *b*) *bc*: Arpino tandem succurrit agello *Oμκα* „*a qua scriptura θαυμαστὸν ὅσον discrepant scripti*“ *Scriverii*: Filius Audinae succurrere censuit umbrae, Filius en vatem, non minor ipse, colit *Heinsius in Sabini Epist. Demoph.* 10. 4. ut vatem *φ*: aetatem *Barthius Adversa. I*, 4. non minor ipse colit *margo p et Lipsius*.

L.

Nulla est hora tibi qua non me, Phylli, furentem
Despolies: tanta calliditate rapis.
Nunc plorat speculo fallax ancilla relicto,
Gemma vel a digito, vel cadit aure lapis;
Nunc furtiva lucri fieri bombycina possunt,
Profertur Cosmi nunc mihi siccus onyx;
Amphora nunc petitur nigri cariosa Falerni,
Expiet ut somnos garrula saga tuos;
Nunc ut emam grandemve lupum mullumve bilibrem,
Indixit cenam dives amica tibi.
Sit pudor et tandem veri respectus et aequi.
Nil tibi, Phylli, nego: nil mihi, Phylli, nega.

LI.

Tanta est quae Titio columna pendet,
Quantam Lampsaciae colunt puellae.
Hic nullo comitante nec molesto
Thermis grandibus et suis lavatur.
Anguste Titius tamen lavatur.

LII.

Cenabis belle, Iuli Cerealis, apud me;
Condicio est melior si tibi nulla, veni.

L. * Ad Phyllum *T*: Ad Pyllum *X*. [1. 2. 4. 5. 3. *ponit b.*] 2. Dispolies *φ*: Dispollas *T* 3. plorat] spoliat *abosw* relecto *Heinsius.* 4. Gema *B* a dito *pr.B* lapit *pr.B* 5. poscunt *Heinsius.* 6. Prefertur *h* [7—10. *om. T.*] 7. patitur *b* lariosa *a* 8. Etpetit *A* somno *P* garrulla *φ* 9. uullumve *P*: mullumque *sw*: mulumve *Bφ* grandem (*om.* ve) *μκα* 10. Edixit *Oabchwzφ*: Et dixit *Ps*: Condixit *Heinsius.* [11. Sit pudor et veri taudum respectus et aequi *affert D.*] 12 Phylle *bis A* Phille uegas (*corr.* nega) *B*

LI. De Titio *X*. 2. Qua tam *B*: Quauta *b* iam saciae *XABC*: Lapsaciae *Pb*: Lansiciae, *corr. margo*, *h*: limphaticae *asw* 4. suis] ceslus *bh* (*margo* cum suis) *l*: couscius *asw* 5. [*om.*.*hl.*] Auguste *BVabwμκ*

LII. Ad Cerealem *X*. [„*Epigramma mutilum*“ *Hugo Grotius Syllog. Epistt. II*, *p.* 386.] 1. Coenabas *μ* Tulli *abcwzφ*: Tulc *s*: Veli *Heinsius.* Cerialis *P* 2. est *om. Oabcswzφμκα* si] sit *B* veuit *Oacbφ et pr.Vh*

Octavam poteris servare; lavabimur una:
Scis, quam sint Stephani balnea iuncta mihi.
Prima tibi dabitur ventri lactuca movendo
Utilis, et porris fila resecta suis.
Mox vetus et tenui maior cordyla lacerto,
Sed quam cum rutae frondibus ova tegant.
Altera non deerunt tenui versata favilla
Et Velabrensi massa coacta foco;
Et quae Picenum senserunt frigus olivae.
Haec satis in gustu. Cetera nosse cupis?
Mentiar, ut venias: pisces, conchylia, sumen
Et chortis saturas atque paludis aves,
Quae nec Stella solet rara nisi ponere cena.
Plus ego polliceor: nil recitabo tibi.
Ipse tuos nobis relegas licet usque Gigantas,
Rura vel aeterno proxima Virgilio.

LIII.

Claudia caeruleis cum sit Rufina Britannis
Edita, quam Latiae pectora plebis habet!

LII, 7. cordylla 10. massa recocta 14. cortis
LIII, 2. pectora gentis

---

3. Octabam *P* 4. qua *μκ* sint Stephani *om. B* 6. phylla *φ* 7. cordyla *OP*: cordila *XABφμκα*: cordylla *vel* cordilla *reliqui.* 8. rete *A* tegunt *abhswzφ* 9. Allia *corr.V*: Alea ℬ dernnt *X*: dederint *A* 10. Et Velabrensi massa coacta ℘, *pr.m et corr.V*: Et vela brendisi (brendinsi *B et pr.V*) massica (masica *A*) cocta (cocto *X*) *XABC et pr.V*: Et velabrensi massica cocta foco *Ohlpλφ*ℬ *et corr.m*: Et vela brundusii (brundisii *aw*) massica (maxiea *aw*) cocta *abcwz*: Et vella brundisi maxiea teeta *s*: Et Velabrensi massa recocta foco *μκα et margo h* 12. Nec *b* gestu *c* cupis] putas *pr.h*: puta *lp* 13. Mentior *h* conchylia] coliphia *o et corr.V*, *novitque Scriverius*: colaephia *bz*℘ (coloephia *P*) 14. Et saturas cortes (*corr.* cortis) *h* chortis *Pφ*: cortes *l*: cortis *reliqui.* satyras *P* 15. Stella] cocta *o* rara mihi *w* cena] mensa ℬ 16. retieebo *c* 17. Gigantes *XBCabchlswzφμκ* 18. Rara *acmzμκα*, „ *antiquus Lugdun.*“ *Iunii et libri Gruteri* (*sed P* Rura). Rura vel arecerno *XA*: Rura vel aceno (ncerno *corr.B*) *BV*: Ruraque Lucrino (Lucrine ℬ) *p*ℬ: Rarave Lucrino *Cl* Vergilio *A*

LIII. Ad Claudia *X*. 1. Claudia *B* sis *zφ* 2. quam (quem *O*) Latiae pectora plebis habet *XABCOVals*ℜℬ: quam Latiae pectora gentis habet „*membranae Scriverii*: cur Latiae pectora plebis

Quale decus formae! Romanam credere matres
Italides possunt, Atthides esse suam.
Di bene, quod sancto peperit fecunda marito,
Quod sperat generos quodque puella nurus.
Sic placeat superis, ut coniuge gaudeat uno
Et semper natis gaudeat illa tribus.

LIV.

Unguenta et casias et olentem funera myrrham
Turaque de medio semicremata rogo,
Et quae de Stygio rapuisti cinnama lecto,
Improbe de turpi, Zoïle, redde sinu.
A pedibus didicere manus peccare protervae.
Non miror furem, qui fugitivus eras.

LV.

Hortatur fieri quod te Lupus, Urbice, patrem,
Ne credas; nihil est, quod minus ille velit.
Ars est captandi quod nolis velle videri;
Ne facias optat, quod rogat ut facias.
Dicat praegnantem tua se Cosconia tantum:
Pallidior fiet iam pariente Lupus.

LIV, 6. erat.

---

habet *hpwμκα*: cur Latiae (curlatiae *vel* turlatiae *P*) pectora gentis habet (habes *zφ et pr.h*) *reliqui cum* Ψ *et marg. p.* 3. Parque *Heinsius.* cedere *abw* matres *Psμκα*: matrem *reliqui cum* Ϡ. 4. Aebides esse suam *abϠ et pr.h*: Archides esse suam *w*: Inachides esse suam *corr.h*: Achaidesque suam *czφ* 5. Dii *Obwφ* facunda *bh* 6. Et speras *c* Quot — quotque *Oμκα* Quod sperat caros quotque puella viros *h et pr.p* 7. Si *P*: Sit *B*: Hoc *V*: O *Heinsius.* 8. vatis *φμ et pr.κ*

LIV. * Ad Zoilum *X*: Ad Foilum *T*, *ubi praecedit LV.* 1. funere *pr.BV* murrbam *A*: murram *XP*: muroam *T* 2. demidio *A* rogo] viro *c* 4. Iuprobe detur Zoile *XA*: Improbe de prompto Zoile *aswϠ* [5. 6. *affert D.*] 6. eras *TPzφ et margo Gryphii*: erat *reliqui.*

LV. * Ad Urbicum *TX.* 1. Hortatur tibi fieri *T*: Moratur *s* quod te] quotidie *A*: cotidie *BV* 2. Nec credas *Gryphianae*: Nec reddas *X* minus est *l* est *om. A* ipse *h* 3. quod nobis *XABVaw*: quod nolit *Roius.* 4. Nec *Tφ* faciat *T* qui rogat *Scriverius.* 5. prognatemptuase *X*: praeguatum *B*: proguatum *V* se] te *C* Cocosmia *aw* 6. fiet et iam *T* pariete *XABV*

At tu consilio videaris ut usus amici,
Sic morere, ut factum te putet esse patrem.

LVI.

Quod nimium mortem, Chaeremon Stoice, laudas,
Vis animum mirer suspiciamque tuum.
Hanc tibi virtutem fracta facit urceus ansa
Et tristis nullo qui tepet igne focus,
Et teges et cimex et nudi sponda grabati,
Et brevis atque eadem nocte dieque toga.
O quam magnus homo es, qui faece rubentis aceti
Et stipula et nigro pane carere potes!
Leuconicis agedum tumeat tibi culcita lanis
Constringatque tuos purpura pexa toros,
Dormiat et tecum, qui cum modo Caecuba miscet
Convivas roseo torserat ore puer:
O quam tu cupies ter vivere Nestoris annos
Et nihil ex ulla perdere luce voles!
Rebus in angustis facile est contemnere vitam:
Fortiter ille facit, qui miser esse potest.

LVI, 1. laudas — mortem

---

7. ut *om. l* amice *l*: amico *Heinsius.* 8. merere *s*

LVI. * Ad Stoicum (Toicum *T*) *TX.* 1. mortem — laudas *TP*: laudas — mortem *reliqui.* chere monstoi mortem *B*: dieremon *T* 2. miser *P* 3. fractam *T* fecit *P* 5. Et teget *XB*: Et tedes *s* et cimix *T*: et timex *X*: atque cimex *Ομκα*: et cimex *cum reliquis* Ψ*m.* nuda *V et pr.B* grabatti *T*: crabacti *z* [7. 8. *affert D.*] 7. qui] que *T* rubentis acer *XA*: rubente saeer *B*: rubentis acervi *pr.p* 8. nigra *μ* 9. Leucocini cisa gedum *T* Lengonicis *margo p*: Lingonicis *μκα*: Lenconicis *cum reliquis* Ψ*m.* agedum] heu dum *et* culcitra *Oabchlswz φμκα et pr.V* 10. texta *Oabchswμκα*: pexa *cum reliquis* ΑΨ*m et margo Gryphii.* [11. 12. *om. T.*] 11. Dormitat *P* modo qui, dum C. miscet, *Gronovius et Heinsius*: commodo C. miscens *Schmiederus.* modo] mihi *czφ*: meo *b* Caecuba] pocula *hΑΒ* misces *XABC*: misceus *hlΑΒ et pr.V* 12. torqueat *l* 13. quantum cuperes Α: qnam tu cupias *Oablswzφμκα*: quam tu cupies *cum reliquis* Ψ. 14. Ut nihil *Heinsius.* illa *h* [15. 16. *affert D.*] 15. augustis *Oφμ* facile es *μ*: facilem *C*

LVII.

Miraris, docto quod carmina mitto Severo,
Ad cenam cum te, docte Severe, vocem?
Iuppiter ambrosia satur est et nectare vivit;
Nos tamen exta Iovi cruda merumque damus.
Omnia cum tibi sint dono concessa deorum,
Si quod habes non vis, ergo quid accipies?

LVIII.

Cum me velle vides tentumque, Telesphore, sentis,
Magna rogas; puta me velle: negare licet.
Et nisi iuratus dixi „dabo," subtrahis illas,
Permittunt in me quae tibi multa, nates.
Quid si me tonsor, cum stricta novacula supra est,
Tunc libertatem divitiasque roget?
Promittam; neque enim rogat illo tempore tonsor,
Latro rogat; res est imperiosa timor.

LVII, 3. vivo; LVIII, 2. velle negare nihil. 7. nec enim

LVII. Ad Severum *X*: Ad Senetum de eius sapientia *φ*.
1. quod] quid *O* Severe *XABCahlsw*: Seuete *c*: Seuete *b*: Seueto *φ* 2. quod te *OPμxα*, cum te *reliqui cum* Ym. Senete *φ*: Seneta *c*: Senemae *b* 3. ambrosias *XABV* sator est *V*: saturem *X* vivet *XABC et pr.V*: inuo *et* iuno *libri Scriverii ad VIII*, 6.: vino *B*: vivit *reliqui*: dives *Roius*: vivo *Scriverius*: iugi *vel* dio *Heinsius*. 4. esta, *corr.* era, *h* cruda] cura *XA et pr.B*: tura *μxα*, *corr.B et margo h*: *om. O*: cruda *cum reliquis* P *et pr.V* 5. dona *P* 6. quod] hoc *A* habet *w*

LVIII. * Ad Telesphorum (Telesforum *T*) *TX*. 1. tentumque *TABOhP et codex Turnebi Adversariis VIII*, 4.: centumque *X*: certumque Y: tecumque *μxα*: tensumque *reliqui*. 2. puto *TCObchlswz φμxα*, *pr.V et var. lect. B*: puta *cum reliquis* P. me] nec me *C* licet] nibil Y: licet? At nisi *Rutgersius et Grotius Syll. Epistt. II*, p. 386. *Aliter distinxi*. 3. Et si *h* miratus *aw* 4. Promittunt *zφ*: Praemittnut *C* quae sibi (tibi *A*) muita nates (natis *XAV et pr.B*) *XABCbchlpswφ et pr.V*: qua tibi nulla uates *T* [5 — 10. *affert D.*] 5. cum *om. T*: constricta *absw*: cum tricta *pr.D* super est *XBμx*: subsit *CDabcmswzφ et corr.V* 7. Promittat *T* neque *TXABVbluzφ*: nec *reliqui*. illo] eo *h*

Sed fuerit curva cum tuta novacula theca,
Frangam tonsori crura manusque simul.
At tibi nil faciam, sed lota mentula lana
Λαιχάζειν cupidae dicet avaritiae.

LIX.

Senos Charinus omnibus digitis gerit,
Nec nocte ponit annulos,
Nec cum lavatur. Causa quae sit, quaeritis?
Dactyliothecam non habet.

LX.

Sit Phlogis an Chione Veneri magis apta, requiris?
Pulchrior est Chione, sed Phlogis ulcus habet,
Ulcus habet Priami quod tendere possit alutam
Quodque senem Pelian non sinat esse senem;
Ulcus habet quod habere suam vult quisque puellam,
Quod sanare Criton, non quod Hygia potest.

---

11. laeva 12. *Αἰάζειν* LX, 2. ulcus habet. Ulcus 4. Peliam 6. Hygeia

---

9. fuerit'] fiunt *abw* corva *T:* tuta cum curva *BV* tuta] tua *TX*: tecta *CD et Heinsius Adversariis p.* 615. techa *B:* cura *c* Sed fuerit curva consuta novacula theca *Heinsius l. c.*: curta— theca *Idem in Ovid. Fastt. II,* 408. 10. tunsori *T* [11. 12. *om. T.*] 11. lota] lata *l:* tuta *c* lentula *A* laeva *Αἰάζειν Scaliger.* (laeva *fortasse s, ex quo nihil notatum.*) 12. *Λαιχάζειν dedi*: Leicazin *Vμx*: Leicatin *AB:* Levatin *XC:* Leucaenin *O*: *λευκαινην z: om. Pbhswφ: δικάζειν Gryphianae*: *Λειχάζειν α* [*Domitius*: ,,. . . . . *id est irrumationem.* Cupidae avaritiae. *id est tibi cupido et avaro. eo verbo graeco usus est Aristophanes: vel dicet . . . . . id est bene vale: et dimittet sine premio: quod te avarum cruciabit.*" *Sic omissis Graecis editio a.* 1474. *In editione* 1480. *priore loco λειχαζειν, altero ρω αι ἐρ (sic) scriptum est, in recentioribus ἐρρωσο. Neutrum recte.*] incupidae dicit *P*: dicat *l*

LIX. De Charino X. 1. Denos *pr.p*: Senes *μ* 2. anulus *X*: anulas *V et pr.B* 4. dactylothecam *φα:* Dactiliothecam *Oμx*: Doctiliothecam *B*: Dactiliotichan *λ*

LX. Ad Anchionem *X*: De Chione et Phlogide *O.* [*In h versus* 1. 2. 5. 6. 3. 4. *se excipiunt.*] 1. anchio (anhio *pr.B*) veneris *XABV:* an Chione Veneris *Cl* requiris *om. P* 2. Cione *B* ulcis *B* 3. posset *z* alutam] ad vitam *X* 4. Pelian *XAV*: Peliam *BλΧΨ*: Pylium *reliqui, v. Burmann. in Ovid. Amorr. III,* 7, 41. sinit *O* 5. quique *b* 6. sonare *μ* Triton *XClP* Hygia *OP*: Higia *A:* Igia *Bh*: non quo digna *X*: non quod igra *bφ*: non quod et igra *asw*: Hygea *reliqui.*

At Chione non sentit opus nec vocibus ullis
Adiuvat; absentem marmoreamque putes.
Exorare, dei, si vos tam magna liceret
Et bona velletis tam pretiosa dare,
Hoc quod habet Chione corpus faceretis haberet
Ut Phlogis; et Chione quod Phlogis ulcus habet.

LXI.

Lingua maritus, moechus ore Nanneius,
Summoenianis inquinatior buccis;
Quem cum fenestra vidit a Suburana
Obscena nudum Leda, fornicem cludit
Mediumque mavult basiare, quam summum;
Modo qui per omnes viscerum tubos ibat
Et voce certa consciaque dicebat,
Puer an puella matris esset in ventre:
— Gaudete cunni; vestra namque res acta est —
Arrigere linguam non potest fututricem.
Nam dum tumenti mersus haeret in vulva
Et vagientes intus audit infantes,
Partem gulosam solvit indecens morbus.
Nec purus esse nunc potest nec impurus.

10. Et bona possetis LXI, 4. Laeda

7. Ad *XAV*: Ac *w* 8. marmoreumque *B*: marmoreamve *Obh*ϕ 9. dei *om. s* sis vos *w* 10. velletis] possetis ϕ 11. habere *XABCl* 12. Ut] Et *sw* Flogis (*priore loco*) *B* Chionem ϰ ulcis *B et pr.V*

LXI. De Nanneio *X*. 1. Nanneius *XABCabw*: Manneius *reliqui*. 2. Summenianis φ: Sumenianis α: Summanianis *pr.p*: Summemmianis *OPb*: Summumianis *asw*: Sumeniais *h*: Suminianis μϰ: Summunianis *Cl*: Summum mianis *XAB et pr.V* 3. a *om. OPasw* suburbana *XABCVPabchlswφ* 4. Leda *XABCVamsw* ϰϕ: lena *reliqui*. claudit *hmzφϰ et pr.p* (*corr.* claudis): clausit *Oμα*: cludit *reliqui cum* ϕ. 5. Medicumque *A*: Medium (*om.* que) *P* 6. rubos *w*: tuberos *hl* 7. voces φ 8. in ventre] inventa *B et pr.V* 10. liguam *O* furutricem μ 11. haeret] aer *l*: errat ϰ vulvas *X*: ulvas *B et pr.V* 13. solvis *s* incedens *l* morbi *B* 14. puros *A* nunc esse *h* non potest *XBCV*: nunc (nec *c*) potus *bc*

LXII.

Lesbia se iurat gratis nunquam esse fututam.
Verum est. Cum futui vult, numerare solet.

LXIII.

Spectas nos, Philomuse, cum lavamur,
Et quare mihi tam mutuniati
Sint laeves pueri, subinde quaeris.
Dicam simpliciter tibi roganti:
Paedicant, Philomuse, curiosos.

LXIV.

Nescio tam multis quid scribas, Fauste, puellis:
Hoc scio, quod scribit nulla puella tibi.

LXV.

Sexcenti cenant a te, Iustine, vocati
Lucis ad officium quae tibi prima fuit.
Inter quos, memini, non ultimus esse solebam;
Nec locus hic nobis invidiosus erat.
Postera sed festae reddis sollemnia mensae:
Sexcentis hodie, cras mihi natus eris.

LXIII, 2. mutoniati LXV, 5. reddes sollennia

LXII. Ad Lesbia *X*. 1. se] si *s* unquam gratis *Obhnw*

LXIII. Ad Philomusum *X*. 1. Spectabas *l* Filomuse (*et v.* 5.) *B* uos *om. b* cum lavamur *om. B* 2. mutuniati *XCVh et corr.B*: mutumati *A*: mutuati *pr.B*: muturuati *φ*: mutiniati *Ψ*: tumultuanti *bc*: mutoniati *reliqui*. 3. Sunt *l* pueris *B* 6. curiosi *czφμx et corr.V*

LXIV. * Ad Faustum *TX*. [*Om. C.*] 1. quid] quod *bh*: cum *T* Fauste] Basse *h* libellis *w et pr.h*

LXV. * Ad Tustinum *T*: Ad Iustinum *X*. 1. ad te *T* Faustine *c* 3. vultimus *B* 4. iocus *P* hiuc *T* uobis hic locus *X*: uobis locus hic *BVh* 5. reddes *corr.V*: sed his *T* mensae *Tμxa et corr.V*: cenae *reliqui*. 6. Sescentis odie *T* cras] eras *P*

LXVI.

Et delator es et calumniator,
Et fraudator es et negotiator,
Et fellator es et lanista. Miror
Quare non habeas, Vacerra, nummos.

LXVII.

Nil mihi das vivus; dicis post fata daturum.
Si non es stultus, scis, Maro, quid cupiam.

LXVIII.

Parva rogas magnos; sed non dant haec quoque magni.
Ut pudeat levius te, Matho, magna roga.

LXIX.

Amphitheatrales inter nutrita magistros
Venatrix, silvis aspera, blanda domi,
Lydia dicebar, domino fidissima Dextro,
Qui non Erigones mallet habere canem,
Nec qui Dictaea Cephalum de gente secutus
Luciferae pariter venit ad astra deae.
Non me longa dies nec inutilis abstulit aetas,
Qualia Dulichio fata fuere cani.
Fulmineo spumantis apri sum dente perempta,
Quantus erat Calydon, aut, Erymanthe, tuus.

LXVI. * Ad Vacerram *TX*. 1. Et] Quod *c* 3. fallator *TBV* lanistra *T* Minor *XBCl et pr.V* 4. Lacerra *abes* (*corr.* Lacerta) *z*

LXVII. * Ad Maronem *TX*. [*Affert D.*] 1. post tempa *P* 2. Simon *A* mare *BV*: Matho *h*: bene *D*

LXVIII. * De Mathonem *T*: Ad Mathonem *X*. [*Om. B, affert D.*] 1. dent *s*: *om. P* quoque] tibi *l*: *om. b* 2. levis *T* te] tu *abhswφ* Ut levius pudeat te bone *D*

LXIX. * De Lydia apro perempta *T*: De Lyzia *X*. 1. Amphiatheatrales *X* numerata *l* 2. silius *μκ* 3. Linea *bcl* dicebar *B*: dicebat *μκα* dextra *μκα*; nostro *Oabchlswzφ*: Dextro *cum reliquis* Ψ. 4. canes *P* [5. 6. *om. T.*] 5. Dictama *XAB et pr.V* Cephalon *l*: Zephalum *C* 7. Non ne *w*: Non hano *l*: Noa (*om.* me) *b* obstulit *l* 8. Dulcichio *b*: Dulcicio *T* canis *B*: seni *margo a* 9. dum *c* 10. Quatus *T* Erinanthe *XBV*

Nec queror infernas quamvis cito rapta sub umbras:
Non potui fato nobiliore mori.

LXX.

Vendere, Tucca, potes centenis milibus emptos?
Plorantes dominos vendere, Tucca, potes?
Nec te blanditiae, nec verba rudesve querelae,
Nec te dente tuo saucia colla movent?
Ah facinus! tunica patet inguen utrimque levata,
Aspiciturque tua mentula facta manu.
Si te delectat numerata pecunia, vende
Argentum, mensas, murrina, rura, domum;
Vende senes servos, ignoscent, vende paternos;
Ne pueros vendas, omnia vende miser.
Luxuria est emere hos, —quis enim dubitatve negatve?—.
Sed multo maior vendere luxuria est.

LXXI.

Hystericam vetulo se dixerat esse marito
Et queritur futui Leda necesse sibi;

LXX, 3. rudesque 6. Inspiciturque 8. myrrhina 9. senes servos, agros et vende

---

11. rapto *X* sub umbras *TXPlzφμκα*: subscindas *O*: sub undas *reliqui cum* Ϫ.

LXX. Ad Tuccam *X*. 1. centenos *ABCV*: ter denis Ϫ 2. Plorantis *BPw*: Plorandis *XV* dominos] pueros *h* 3. rudesve querelae *zφ*: rudesque querellae *Pμκα*: rudesve puellae *XBCl et pr.V*: rudesque puellae *Abh*: rudesve papillae *Oacsw*, *Vatic. tertius et suprascr. l* 4. saucia *φ*: sausiea *acw* 5. A *BV*: Ha *w* utrunque *vel* utrumque *XABOVhwμx*: uterque *b* lavata *A* 6. Inspiciturque *Oszμκα*: Aspiciturque *cum reliquis* Ϫ. factata *φ* 7. peecunia *B* 8. myrrina *XABOφ*: mirrina *bh* thura *O* 9. servos ignoscent vende (vendere *AB*) paternos (paterno *XAB et pr.V*) *XABCpΨ et pr.V*: servos agros et vende paternos (parcutes *s*) *reliqui*: fines et *vel* i, rus, i, veude *vel* agros, i, vende *Heinsius*, *v. in Ovid. Amorr. III*, 3, 1. *An* cineres et? 10. Nec *B* 11. 12. Luxoria *X*. 11. bos *B* dubitatve negatve *PVμκα*: dubitatque (dubitatve *C*) negatque *Cabchlswzφ*: dubitatquis negatque *O*: dubitatque negantem *XAB* 12. magis *c* stultitia est *hp*

LXXI. * De Leda *TX*. 1. Hystericam *TϪΨ*: Hysteriam *be*: Isterieam *X*: Iesterieam *AB*: Literieam *s*: It tericam *w*: Hicterieam *vel* Ictericam *reliqui*. etulo *B* sed differat *T*: se dixit *Oμκ* esse] ille *l* 2. subigi laedanae ransesi *T* tibi *BV*

Sed flens atque gemens tanti negat esse salutem
Seque refert potius proposuisse mori.
Vir rogat, ut vivat virides nec deserat annos,
Et fieri quod iam non facit ipse sinit.
Protinus accedunt medici medicaeque recedunt,
Tollunturque pedes. O medicina gravis!

LXXII.

Drauci Nata sui vocat pipinnam,
Collatus cuï Gallus est Priapus.

LXXIII.

Venturum iuras semper mihi, Lygde, roganti
Constituisque horam constituisque locum.
Cum frustra iacui longa prurigine tentus,
Succurrit pro te saepe sinistra mihi.
Quid precer, o fallax, meritis et moribus istis?
Umbellam luscae, Lygde, feras dominae.

LXXIV.

Curandum penem commisit Baccara † vetus
Rivali medico. Baccara Gallus erit.

LXXII, 1. 2. voratne penem — Priapus? LXXIV, 1. Graecus

---

3. negat esse sibi salutem *X* 4. refer *B* 5. Vix *e* viridas] aec des *B* aec] ne *ez* sederat *T* 7. Protinunt *T* 8. Tollunt utraqua *T*: Tolluntque *b* o *TPasμκa*: a *XAB*: ah *Ochwzφ*: ha *Ch*: *om. b*

LXXII. De drauci nata *X*. 1. Grauci nata *V*: Draucinata *Pasw*: Drauci iacto *m*: Raucinata *pr.h*: Mancinnata *p* Natta *Forcellinius*. pipinnam *zλaΨ*: bipinnam *XACX*: bipennam *BVawx*: lipinnam *l*: pipennam *s*: bipenam *b*: bipennem *Ohpφμ*: bypennem „*nonnulli codices*" *Domitii*: hipenem *cm*: vepenem *margo Gryphii*: pisinnam *Rutgersius*.

LXXIII. Ad Lygdum *X*. 1. iuras] vocas *l* Digda *C*: digne *XA et pr.V* 3. Dum φ purigine *s*: prorigine *b* 5. Quod *e* precor *XCehμκα*: precer *cum reliquis* ΧΨ. sed moribus *l* 6. Umbellam *V*: Umbella *μ* ut luscae *Heinsius*. luca *O*

LXXIV. De Bacchara *X*. 1. pennem misit *P*: penem cum misit *V*: peacm eum misit *XA* Bacara *A*: Bacchara *O aliique*: Baccarra *P*: Battara *Roius*. vctua *XAhp et pr.V*: veto *Calsw*: vero *O*: Graecus *reliqui*: Achaeus *vel* Rhoatus *Heinsius*. *Malim* Suevus *vel* Raetus.

LXXV

Theca tectus ahenea lavatur
Tecum, Caelia, servus; ut quid, oro,
Non sit cum citharoedus aut choraules?
Non vis, ut puto, mentulam videre.
Quare cum populo lavaris ergo?
Omnes an tibi nos sumus spadones?
Ergo, ne videaris invidere,
Servo, Caelia, fibulam remitte.

LXXVI.

Solvere, Paete, decem tibi me sestertia cogis,
Perdiderit quoniam Bucco ducenta tibi.
Ne noceant, oro, mihi non mea crimina: tu qui
Bis centena potes perdere, perde decem.

LXXVII.

In omnibus Vacerra quod conclavibus
Consumit horas et die toto sedet,
Cenaturit Vacerra, non cacaturit.

LXXVIII.

Utere femineis complexibus, utere, Victor,
Ignotumque sibi mentula discat opus.

LXXV, 1. aëneâ LXXVII, 2. tota

LXXV. Ad Caecilium *X*. 1. ahena *XACValpwφ*: aena *O*: aena cum lavatur *corr.h* 2. Caecilia *XCh* 3. non sic *h* chitharoedus *A*: citharaoedus *V*: cithroedus *X*: citharedis *aw* coraulles *P* 4. ut *om. sφ* 6. non sumus *l*: nos *om. μκ* 8. Caecilia *XCh* fabulam *X*

LXXVI. * De Baccara *T*: Ad Paetum *X*. 1. 4. pede *T* cogis] dicis *pr.h* 2. Perdideris *p*: Perdiderat *bchlzφμκα*: Perdiderit *cum reliquis* 𝔄𝔓. 3. carmina *Pl*: crimi *T* 4. peade *μκ*: parce *h*

LXXVII. De Vacerra *X*. 1. clavibus *C* 2. Consumpsit *P* toto *XACOPVablsw*: tota *reliqui*. 3. Cenatum it — cacatum it *hp*

LXXVIII. * Ad Victorem *TX*. 1. femineis] formicis *s*

Flammea texuntur sponsae, iam virgo paratur,
Tondebit pueros iam nova nupta tuos.
Paedicare semel cupido dabit illa marito,
Dum metuit teli vulnera prima novi.
Saepius hoc fieri nutrix materque vetabunt
Et dicent: „Uxor, non puer, ista tibi est.“
Heu quantos aestus, quantos patiere labores,
Si fuerit cunnus res peregrina tibi!
Ergo Suburanae tironem trade magistrae.
Illa virum faciet; non bene virgo docet.

LXXIX.

Ad primum decima lapidem quod venimus hora,
Arguimur lentae crimine pigritiae.
Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa est,
Misisti mulas qui mihi, Paete, tuas.

LXXX.

Litus beatae Veneris aureum Baias,
Baias superbae blanda dona naturae,
Ut mille laudem, Flacce, versibus Baias,
Laudabo digne non satis tamen Baias.

LXXIX, 3. Non est ista viae, non est mea, sed tua culpa:

---

3. Flamea *φ* texantur *XACVhℜ* spondae *abcsw et pr.h* paratnrue *O:* parata est *μκα:* paratur *cum reliquis* ℘*m.* 5. Predicare *P* dabit] cupit *μκ* 7. Saepe sed hoc *s* negsbunt *chpℵ* 8. nxor] coniunx *c* iste *Oμκ* 9. Quantus *bis T* patiare *l:* piere *X:* periere *A* 10. cunnus] mundus *T* 11. suburbanae *Tabpwφ* redde ℘ (? *non P*) 12. Illa] Haec te *hp*

LXXIX. Ad Paetum *X.* [*In P praecedit Epigr. LXXXIV.*] 1. decuma *P* quo *s:* qui ℵ 2. lento *h* avaritiae *zφ* 3. Non est ista viae, non est mea, sed tua culpa (est *addunt Paw*) *Oaswℙ*: Non est ista quidem, non est mea, sed tua culpa est (est *om. mxφμκα*) *cum reliquis m.* 4. Misistis *w* duas *w*

LXXX. Ad Flaccum *X.* 1. Letus *XACVl* 2. Baia *w* datare *P*: nocera *l* 3. versibus Flacce *XAC:* versibus laudare Flacce *h* 4. non satis nunc *l:* non est satis tamen *μκα:* non tamen satis *Pabcswzφ*

Sed Martialem malo, Flacce, quam Baias.
Optare utrumque pariter, improbi votum est.
Quod si deorum munere hoc tibi detur,
Quid gaudiorum est Martialis et Baiae!

LXXXI.

Cum sene communem vexat spado Dindymus Aeglen
Et iacet in medio sicca puella toro.
Viribus hic operi non est, hic utilis annis:
Ergo sine effectu prurit utrique labor.
Supplex illa rogat pro se miserisque duobus,
Hunc iuvenem facias, hunc, Cytherea, virum.

LXXXII.

A Sinuessanis conviva Philostratus undis
Conductum repetens nocte iubente larem
Paene imitatus obit saevis Elpenora fatis,
Praeceps per longos dum ruit usque gradus.
Non esset, Nymphae, tam magna pericula passus,
Si potius vestras ille bibisset aquas.

LXXXIII.

Nemo habitat gratis nisi dives et orbus apud te.
Nemo domum pluris, Sosibiane, locat.

LXXX, 6. improbum LXXXI, 1. Aeglē 4. uterque

---

5. [*om. b.*] mallo *A*: male *φ* 6. improbum *mszφ*Ψ 7. datur *abclsw* 8. Quet *s*

LXXXI. * De Dyndimo *TX*. [*In P praecedit Epigr. LXXXVI.*] 1. sane comune *T* spaden *P* Didymus *φ* eglae *T*: eglem *h* 3. est (*om.* hic) *T*: hec utilis *h*: hic inutilis *Heinsius*. 4. utrique *Heinsius*: uterique *T*: interque duobus (*sic*) *P*: uterque *reliqui*. 5. ilie *Ocμx* 6. Cytheria *XA*: Cytharea *O*: Citarea *bhs*

LXXXII. De Filostrate *X*: De Calistrate *φ* 1. Sinuessanis *O* convivia *P* Phisistratus *c*: Callistratus *zφ* undis] agris *φ* 2. iubente] dieque *pr.h* 3. mutatus ob id *b*: miratus obit *h* Helpenera *OP*: Elpoenera *φ*: Stelpenera *C* 4. Per longos praeceps *pr.V* usque] ipse *ezφ* 6. petasset *h*

LXXXIII. * Ad Sosibianum *TX*. 1. aput *T* me *l*

LXXXIV.

Qui nondum Stygias descendere quaerit ad umbras,
Tonsorem fugiat, si sapit, Antiochum.
Alba minus saevis lacerantur brachia cultris,
Cum furit ad Phrygios enthea turba modos.
Mitius implicitas Alcon secat enterocelas
Fractaque fabrili dedolat ossa manu.
Tondeat hic inopes Cynicos et Stoïca menta
Collaque pulverea nudet equina iuba.
Hic miserum Scythica sub rupe Promethea radat,
Carnificem nudo pectore poscet avem.
Ad matrem fugiet Pentheus, ad Maenadas Orpheus,
Antiochi tantum barbara tela sonent.
Haec quaecunque meo numeratis stigmata mento,
In vetuli pyctae qualia fronte sedent,
Non iracundis fecit gravis unguibus uxor;
Antiochi ferrum est et scelerata manus.
Unus de cunctis animalibus hircus habet cor:
Barbatus vivit, ne ferat Antiochum.

LXXXIV, 1. undas 5. Mitior 11. Moenadas

LXXXIV. * De Anthoco tonsore *T*: De Antiocho *X*. [*In P praecedit LXXXVIII.*] 1. nundum stigeas discendere *T* umbras *T*: undas *reliqui*. 2. fugiet *XCV* qui sapit *l* Anthiocum φ 3. Alba *TOPεzφμκα et corr.h*: Orba *reliqui cum* ΨΒ: Glabra *Heinsius in Valer. Flacc. III*, 234. *et Adversariis p.* 614. scaevis φ 4. furit *Pκα*: fuerit *T*: fugit *reliqui*. Phrygois *O*: Phrygos *μx*: frigios *P*: frigiosae *T* penthea *C* modos] nidos *aw et margo h* 5. Mitius *TChφ et margo Gryphii*: Mitior *reliqui*. Alchon φ: Alchion *absw* enterocheias *Pφ*: enterochlas *s*: enthero chelas *aw*: entere teias *h*: euscrocelas *T* 6. Scabraque *Roius*. deiolat *XAV*: dum dolat *hp*Β 7. Stoico *b* merita φ 8. nodet *A* invat *T et Iunianae*: niva (*vel* viva) *P*: manu *h* 9. Siticha *s*: Sticha *Ap*: Stygia Β radit *bcx* 10. Carnifice *O* nudo] duro Β, *et teste Heinsio T*: crudo *Heinsius Adversariis p.* 616. poscat φ: poscit *Oc*: pascet *pr.C*: pascat *T* 11. fugiat *c* Maenada *Aa*: Meanada *X*: Menadan *b* Orpheus *om. X* 12. tamen *pr.T*: Orpheus Antiochi barbara tela sonant *X* thela *T*: theca sonet *Heinsius Adversariis p.* 615. sonant *c* 13. Nec *b* quicunque *h* numerati *XA*: numerasti *COabclswxφμκα*: numeratis *reliqui cum* ΒΨ *et margine Gryphii*. stignata *XA* 14. Ia] Et *aclsw* vituli *TO* pyctas *TX*: pictae *Abs*Ψ: picta *reliqui*. quilia *X* fronde *c* 16. et *om. T* 17. cuntis *A*: multis *asw* animantibus *margo Gryphii*. habeat *V*: habetur *P* (*om.* cor) *b* 18. vidit *C*

LXXXV.

Sidere percussa est subito tibi, Zoïle, lingua,
Dum lingis. Certe, Zoïle, nunc futues.

LXXXVI.

Leniat ut fauces medicus, quas aspera vexat
Assidue tussis, Parthenopaee, tibi,
Mella dari nucleosque iubet dulcesque placentas
Et quidquid pueros non sinit esse truces.
At tu non cessas totis tussire diebus.
Non est haec tussis, Parthenopaee, gula est.

LXXXVII.

Dives eras quondam: sed tunc paedico fuisti
Et tibi nulla diu femina nata fuit.
Nunc sectaris anus. O quantum cogit egestas!
Illa fututorem te, Charideme, facit.

LXXXVIII.

Multis iam, Lupe, posse se diebus
Paedicare negat Charisianus.
Causam cum modo quaererent sodales,
Ventrem dixit habere se solutum.

LXXXVII, 2. nota LXXXVIII, 2. Malisianus.

LXXXV. Ad Zoilum *X*. [*Post XCVII. exhibet P.*] 1. tibi subito *μκ* 2. Quum *Weberus*. lingi *XA* cerne *XA et pr.V*: cunnum *Ομκα*: certe *reliqui cum mλ*𝔓. non *φ* futnis *abchmswφ*𝔓

LXXXVI. * Ad parte nopeum *T*: Ad Parthenopem *X*. [*Cum LXXXV. conflat P.*] 1. Leneat *T*: Liniat *C* 2. Adsiduae tusis *A* 3. iubes *mz* mollesque *l et margo c* 4. sinis *XAC* esse nnces *m* 6. hoc *ACp*

LXXXVII. Ad Charidemum *X*. 1. erat *XAV* sad tu *c*: sed nunc *asw* pedice *X* 2. nata *XACVapw*: tacta *h*: nota *reliqui*.

LXXXVIII. Ad Lupum *X*. 1. diebus se *C*: se *om. b* 2. Causem X

LXXXIX.

Intactas quare mittis mihi, Polla, coronas?
A te vexatas malo tenere rosas.

XC.

Carmina nulla probas molli quae limite currunt,
Sed quae per salebras altaque saxa cadunt,
Et tibi Maeonio quod carmine maius habetur,
Luceilei columella heic situ' Metrophanes'st;
Attonitusque legis *terraï frugiferaï*,
Attius et quidquid Pacuviusque vomunt.
Vis imiter veteres, Chrestille, tuosque poetas?
Dispeream, ni scis, mentula quid sapiat.

XCI.

Aeolidos Canace iacet hoc tumulata sepulcro,
Ultima cui parvae septima venit hiems.

XC, 3. res carmine maior 6. Accius 8. si scis,

LXXXXIX. Ad Pollam X. 1. quaere *vel* quere *XA et pr.V* mihi mittis *s:* mihi quare mittis *μκ* 2. Ante *A* A te connexus *l*: Vexatas a te *b* mallo *A*

XC. Ad Chrestillum X. 1. mollique *P* molli *om. pr.A*: humili *l* limine *h* 2. Sed per quae *XV* salabras *μκ* 3. quod — maius (maior *O*) *XACOVahswφμκα*: res — maior *reliqui cum P.* 4. Luceilei columella heic situ' Metrophanes' st *Scriverius*: Lucilli (Luceilei *P*) columella hic situs (situ' est *A*, situs est *φ*) Metrophanes *XAPφ*: Lucili (Luculi *z*, Lucilius *h*𝔅) columella (columela *Oμκα*) hic situs (sitis *O*) est (et *z*, est *om. Oμκα*) Metrophanes (Metrophanos *b*, Metrophan' est *l*) *reliqui*: Lucili colum nella hac situs est (*delet manus altera*) Metrophanes *margo h. Donatus in Terent. Phorm. II*, 1, 57. p. 458. *Lindenbrog.* „*Columellae apud veteres dicti servi maiores domus. Lucilius XXII.* Servus neque infidus domino neque lontilis cuiquam Lucili columella hic situ Metrophanes.“ *Vide Franc. Dousae Lucilii Sat. Reliq. libr. XXII*, 2. p. 62. 5. Attonicusque *A* ferrai *AV*: farrai *XCp:* serrai *aw*: serai *s:* farrea *pr.h* 6. Actius *Xcφ*: Atius *O*: Accius *reliqui.* 7. Visum iter *XAp*: Vis inter *abchlswφ* Chrestilla *A*: Christille *Pφ*: Cristille *bhz* 8. Disperam *φ* ni scis *XACObclzφ*𝔄: nisi scis 𝔓: nescis *asw et pr.V:* si scis *hμκα*

XCI. Ad viatorem X. 1. Aeolides *Oμκ*: Aeolidon *α:* Aeolidos *cum reliquis* 𝔄𝔓: Aeolis heu „*alius Vet. Codex*“ *Iunii*: Aeolis o *vel* haud *Heinsius.* Canache *XAP* olii.

Ah scelus, ah facinus! properas quid flere, viator?
Non licet hic vitae de brevitate queri.
Tristius est leto leti genus: horrida vultus
Abstulit et tenero sedit in ore lues,
Ipsaque crudeles ederunt oscula morbi,
Nec data sunt nigris tota labella rogis.
Si tam praecipiti fuerant ventura volatu,
Debuerant alia fata venire via.
Sed mors vocis iter properavit cludere blandae,
Ne posset duras flectere lingua deas.

XCII.

Mentitur qui te vitiosum, Zoïle, dicit.
Non vitiosus homo es, Zoïle, sed vitium.

XCIII.

Pierios vatis Theodori flamma penates
Abstulit. Hoc Musis et tibi, Phoebe, placet?
O scelus, o magnum facinus crimenque deorum,
Non arsit pariter quod domus et dominus!

XCIV.

Quod nimium lives nostris et ubique libellis
Detrahis, ignosco: verpe poeta, sapis.

XCIII, 2. hoc tibi,

---

3. A—a *XAV:* Ha—ha *hm:* ah *alterum om. P* qui flere *XACVlp:* quod flere *w* 4. queri] loqui *l* 5. vultum *pr.h* [Tristius—genus *affert D.*] 6. Aptilitet teneros *XAV:* Alta licet *l* 7. Ipsa quae credulo sederunt *X:* caerulei laeserunt 𝔄 oderunt *b:* laeserunt *h*𝔅 8. nigris] libris *pr.V* focis *c* 10. Debuerunt *P* facta *XAp* 11. claudere *Celz*𝔄 blanda *O* 12. Nec *φ* durus *A* liga *C*

XCII. Ad Zoilum *X.* [*Affert D.*] 1. dicit *XVamφ*𝔄𝔓: dixit *reliqui.*

XCIII. * De Teodoro poeta *T:* De Theodoro *X.* 1. vates *aw* 2. et tibi *TXACVp:* hoc tibi *reliqui cum P.* patet *b:* pater *c* 4. assit *P*

XCIV. * Ad eundem *T: in X conflatum cum XCIII.* 1. lives nimium *φ* nimium levib: *T*

Hoc quoque non curo, quod cum mea carmina carpas,
Compilas: et sic, verpe poeta, sapis.
Illud me cruciat, Solymis quod natus in ipsis
Paedicas puerum, verpe poeta, meum.
Ecce negas iurasque mihi per templa tonantis.
Non credo: iura, verpe, per Anchialum.

XCV.

Incideris quotiens in basia fellatorum,
In solium puta te mergere, Flacce, caput.

XCVI.

Marcia, non Rhenus, salit hic, Germane: quid obstas
Et puerum prohibes divitis imbre lacus?
Barbare, non debet submoto cive ministro
Captivam victrix unda levare sitim.

XCVII.

Una nocte quater possum: sed quattuor annis
Si possum, peream, te Telesilla semel.

XCIV, 3. quod tu mea carmina carpis, XCVII, 2. Thelesilla

[3. 4. *om. b.*] 3. quod cum mea carmina carpas *φ*, *Gruterus et Heinsius*: quod cum carmina carpas *Ψ*: quod cum in me carmina chartas *T*: quod tu (qui tum *m*, quod tum *A*) mea carmina carpas (carpis *XCOachlsw*, sapis *A*) *reliqui*. 4. Compulis *T*: Corripies *O*: Corripias *acswμxa*: Compilas *cum reliquis* ΩΨ *et codex Pulmanni*. sapis] meum *lx* [5. 6. *om. z.*] 5. similis *l* ab ipsis *cl*: ex ipsis *bsw*: in oris *hp* 7. per tecta *C* 8. verpe iura *bsw* Anchialum *φ*: Anchiarum *tres Vaticani*: Anchalium *T*

XCV. Ad Flaccum *X*. 1. fallatorum *A* 2. in solium *XACamswlφΩΨ* (? *non P*): in solum *bc*: in solio *reliqui*. puta te *XAllΨ et pr.V*: puto te *reliqui*.

XCVI. In Germanum *O*. [*Om. Epigr. XACzφ.*] 1. Marsia *h* nunc *l* alit *l* 2. umbra *l* latus *w* 3. debeat *aw* num debet—? *Gruterus*. sumoto *P*: subloto *O*: sublato *cl* ministri *Gronovius*. 4. lavare *O*

XCVII. Ad Thelesillam *X*. 1. annis] omnes *bcφ*: anis *P* 2. precam *b* te *om. X*: iam *m* Telesina *P*: Thelesina *Ochlxφμxa*: Telisina *abw*: Thelesilla *vel* Telesilla *cum reliquis* Ω.

XCVIII.

Effugere non est, Flacce, basiatores.
Instant, morantur, persecuntur, occurrunt,
Et hinc et illinc, usquequaque, quacunque.
Non ulcus acre pustulaeve lucentes,
Nec triste mentum sordidique lichenes,
Nec labra pingui delibuta cerato,
Nec congelati gutta proderit nasi:
Et aestuantem basiant et algentem,
Et nuptiale basium reservantem.
Non te cucullis asseret caput tectum,
Lectica nec te tuta pelle veloque,
Nec vindicabit sella saepius clusa:
Rimas per omnes basiator intrabit.
Non consulatus ipse, non tribunatus
Senive fasces, nec superba clamosi
Lictoris abiget virga basiatorem.
Sedeas in alto tu licet tribunali
Et e curuli iura gentibus reddas,

XCVIII, 1. Basse, 2. perseqnnntur 4. pustulaeque 6. ceroto

XCVIII. Ad Flaccum *XAC*: Ad Bassum *reliqui*. 1. Flaece *P*: Basse *reliqui*. bssiationes *zφ* 2. perseconntur *XAPb*: persequuntur *reliqui*. 3. qnacnnqne] quoque *l* 4. Nolulcus *A*: Nnne ulcus *l* postulaeve *Oh*: pusnlaeve *bc*𝔓 (? pustuleve *P*): pusis ulaeve *A*: pnto praesto linet *l*: pnstnlaeve *reliqui*. 5. sordidive *cwzφ* lichentes *bh*: lithentes *as*: lichetes *zφ* 6. pigui *O* delibuto *h*: dilibus acerato *XA* cerato (*XA*)*V*𝔄𝔓: ceroto *reliqui*. 7. Nec non gelati *l*: Nec cum gelidi *h* gusta *s* 8. et gelantem *h* 9. nuptialem *l* basia *h* 10. Nac te *C* asserit *Pbczφ*: anferet *Oalswμκ*𝔅 *et margo c*: aufert *h* rectum *h* 11. te em. *XACOVhlswμκ* snta *Heinsius*. pello *V* udoque *h* 12. vindicavit *XAP et pr.V*: vendicabit *Oμκα* sella] tello *s* pellibus clnsa *vel* penitns ooclnsa *Heinsius*. cella *Roius*. clausa *CObchlzφμκα* 13. Cnmas *c* omnis *XOh* intravit *pr.V* 14. consolatus *X* uec tribnnatus *h* 15. Senive *XACm*𝔓 *et Gruteri palatinus alter et tertius*: Saevine *b*: Senine *l*: Senique *p*: Saevive *aswφ*: Seuve *z*: Saeviqne *reliqui*. 16. Littoris *φ*: Litoris *O* 17. liceat *h* 18. e om. *c*: te *P* curili *z* dentibus *w*: clientibus *m* („*vel*" algentibus) *zφ*: agentibus *Roius*.

Ascendet illa basiator atque illa,
Febricitantem basiabit et flentem,
Dabit oscitanti basium natantique,
Dabit et cacanti. Remedium mali solum est,
Facias amicum basiare quem nolis.

XCIX.

De cathedra quotiens surgis — iam saepe notavi —
Paedicant miserae, Lesbia, te tunicae.
Quas cum conata es dextra, conata sinistra
Vellere, cum lacrimis eximis et gemitu.
Sic constringuntur gemina Symplegade culi
Et Minyas intrant Cyaneasque nates.
Emendare cupis vitium deforme? docebo:
Lesbia, nec surgas censeo, nec sedeas.

C.

Habere amicam nolo, Flacce, subtilem,
Cuius lacertos annuli mei cingant,
Quae clune nudo radat et genu pungat,
Cui serra lumbis, cuspis eminet culo.

XCIX, 2. miseram

---

19. Adscendat *z* ille — Ille *hp* 20. Et febricitantem *h* basiavit *h et pr.V* [20. 21. et flentem — basium *om. A*, basiabit et flentem *C.*] 21. osceati *l* 22. cantanti *h* 23. non vis *P*

XCIX. * Ad Lesbiam *TX.* 1. cathera *A* surgas *z* Iam saepe] saepe ima *T* 2. miserae *TOPacswzφλ*: miseram *reliqui.* 3. es *om. l* 6. Si *Ocμκαϕ* (? *non P*) constringantur *Cabcwμκα* gemina] magnis *T*: magni *P* simplecade *T*: Inplega deculi *A* 6. Et nimias *TXACPabhwμκφ* intrat *Xl*: intra *AC* Cysniasque *T*: Cyaneas (*om.* que) *C* natis *AV*: ratis *l* 7. deforme] fortasse *zφ* 8. Censeo nec surgas Lesbia *h* ne — ne *s*: ne — nec *P*

C. * Ad Flaccum *TX.* [*In X post CII.*] 1. Habere] Ducere *m* nolo] non *P* sutilem *T*: fsubtilem (*sic*) *P* 2. cinguni *acswzφ* 3. radatte genu *T*: rodat *P* pugnat *A* 4. serta *s* emicet *Heinsius.*

Sed idem amicam nolo mille librarum.
Carnarius sum, pinguiarius non sum.

CI.

Thaida tam tenuem potuisti, Flacce, videre?
Tu, puto, quod non est, Flacce, videre potes.

CII.

Non est mentitus, qui te mihi dixit habere
Formosam carnem, Lydia, non faciem.
Est ita, si taceas et si tam muta recumbas,
Quam silet in cera vultus et in tabula.
Sed quotiens loqueris, carnem quoque, Lydia, perdis,
Et sua plus nulli, quam tibi, lingua nocet.
Audiat aedilis ne te videatque caveto:
Portentum est, quotiens coepit imago loqui.

CIII.

Tanta tibi est animi probitas orisque, Saphroni,
Ut mirer fieri te potuisse patrem.

CIV.

Uxor, vade foras, aut moribus utere nostris:
Non sum ego nec Curius, nec Numa, nec Tatius.

CII, 3. etsi CIII, 1. Sophoni, CIV, 2. Non ego sum Curius, non Numa, non Tatius.

---

5. amica *T* 6. Carminarius *P* pinguarius *Th*: pinguiaris *μπ*

CI. * Ad Flaccum *TX*. [*In P post Epigr. CIV.*] 1. tam] cum *m* 2. Ut puto *l*

CII. * De Ladia *T*: De Lydia *X*. 2. Formonsam *T* facies *A* 3. si taceas] sit acies *X* 4. Qua *μ* certa *s* in tabula vultus et in cera *h* 5. canem *T*: carmen *μ* 6. [*om. w.*] Et si plus nulla *T* sibi *l* 7. nec te *chlφ* 8. Portendum *T* ymago *P*

CIII. * Ad Safronium *T*: Ad Saphronium *X*. 1. probritas *X*: probata sororisque *T* Saphroni *XABCPVlz*: Safroni *T*: Sophroni *reliqui*: Sophoni *Scaliger*.

CIV. * Ad uxorem *TX*. 1. Non sum ego Curius *P*: Non ego sum nec Curius *Xaw* Taius *B*: Tacitus *T*

Me iucunda iuvant tractae per pocula noctes:
Tu properas pota surgere tristis aqua.
Tu tenebris gaudes: me ludere teste lucerna
Et iuvat admissa rumpere luce latus.
Fascia te tunicaeque obscuraque pallia celant:
At mihi nulla satis nuda puella placet.
Basia me capiunt blandas imitata columbas:
Tu mihi das, aviae qualia mane soles.
Nec motu dignaris opus nec voce iuvare,
Nec digitis: tanquam tura merumque pares.
Masturbabantur Phrygii post ostia servi,
Hectoreo quotiens sederat uxor equo.
Et quamvis Ithaco stertente pudica solebat
Illic Penelope semper habere manum.
Paedicare negas: dabat hoc Cornelia Graccho,
Iulia Pompeio, Porcia, Brute, tibi.
Dulcia Dardanio nondum miscente ministro
Pocula Iuno fuit pro Ganymede Iovi.
Si te delectat gravitas, Lucretia toto
Sis licet usque die, Laïda nocte volo.

---

8. iacet

---

3. trectae *X* per pocula] pcula *B* 4. properat *corr.B* poto *A* 6. lungere *cl* 7. Fascea *T* tegunt obscuraque palla *Oabcswxφμκα:* obacuraque pallia (palla *l*) celant (cellant *T*) *reliqui cum bodleiano.* 8. Ad *T* nuda satia nulla *Ohμκα:* nulla satis nulla *ex* placet *T et margo h:* patet *aswφμκα et margo c, v. Burmann. Anth. Lat. I, p.* 351.: iacet *reliqui cum* Ψ. 9. mollea *l* 10. avia *T*: aule, *corr.* sero, *P* aolet *T*: *an voluit* aviae — aoleut? 11. Nec modo tu *B et pr.V* inbare *T* 12. paraa *T teste Heinsio.* 13. Maaturmabantur *z:* Mox (Moa φ) turbabantur *aswφ et margo P* Frigii *T* hoatia *TAOφ* 14. aeddaret *T*: aedeat *b* 15. quavia *T* Itacbo *BP* aterteato *T:* aterneate *Al*: atertentea *C* pudica] puella *sw* 16. Penolope *T* [17—20. *om. T.*] 17. Gracco *O et pr.P* [18. *om. b.*] 20. fuit] dabat *h* 21. probitas *ezφ* tota *T: om. pr.P* 22. Siscilicet *T* Thaida *Oabclswφμκα:* Laida *cum reliquis* Ψ.

CV.

Mittebas libram, quadrantem, Garrice, mittis.
Saltem semissem, Garrice, solve mihi.

CVI.

Vibi Maxime, si vacas habere,
Hoc tantum lege: namque et occupatus
Et non es nimium laboriosus.
Transis hos quoque quattuor? sapisti.

CVII.

Explicitum nobis usque ad sua cornua librum
Et quasi perlectum, Septiciane, refers.
Omnia legisti. Credo, scio, gaudeo, verum est.
Perlegi libros sic ego quinque tuos.

CVIII.

Quamvis tam longo possis satur esse libello,
Lector, adhuc a me disticha pauca petis.

CVI, 1. Albi Maxime, si vacas habere *Marg*: „*Al.*: ab aere." CVIII, 1. iam

---

CV. * Ad Garricum *TX*. 1. librum *T teste Heinsio*. Carice *TP*: Gratice *s*: Gaurice *Heinsius*. 2. Carice *P*: Care *T*: Gratice *s*

CVI. Ad Maximum *X*. 1. Vibi *Oachwφ* (*nisi quod φ* V *omittit*): Ubi *XABCbls et pr.V*: Tibi *z*: Albi *Pμκα* vacas ab aere *O*, *Vossius et Gruterus*: vacas habuere ϕ: vacas abire *l*: vacas horae *s*: vacabit hora *μκα*, *pr.V* (?) *et margo p*: vacas avere *Gruterus et Salmasius*: vacas haberi *Gronovius*. 2. Hos *O* tamen *h* 3. est *b* 4. hoc *XABCabchlpw et pr.V* sapisti] si sapis *P*

CVII. Ad Septicianum *X*. 2. perlectum *Oϕ*: perfectum *reliqui*. 3. credo *om. h* verbum est *b* 4. Quinte *Heinsius*.

CVIII. Ad lectorem *X*. 1. satis *absw* 2. lecto *s* rogas *h*, *margo* petis.

Sed Lupus usuram puerique diaria poscunt.
Lector, salve. Taces dissimulasque? Vale.

---

3. Si *b*: Sic *am* dyaria *P* 4. salve *abesw et* „*libri veteres*" *Scriverii ad III*, 4. *p.* 85.; solve *reliqui.* vale] lege *e*

M. VAL. MARTIALIS

EPIGRAMMATON

LIBER XII.

Val. Martialis Prisco suo S.

